

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Liturgische Sammelhandschrift (Sacramentarium Rhenaugiense) - Cod. St. Blasien 28**

**[St. Blasien], [2. Hälfte 18. Jahrh.]**

Sacramentarium Rhenaugiense (ediert von Hänggi und Schönherr)

[urn:nbn:de:bsz:31-49176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-49176)

phatricibus palmis cum voce laudis occurritur, qua-  
sumus Majestatem Tuam divinam, ut oris nostri Con-  
fessionem atque corporis in jejuniij humiliatione libens  
suscipias, et fructum nostrae viriditatis habere conce-  
das, ut sicut illi in tui fuerunt obviam cum arboreis  
virgis egressi, ita nos te redeunte in Secundo adventu  
cum palmis victoriae mereamur occurrere leti.  
Per Dominum.

*In Vigil. In Nat. DNI. ad Horam Nonam.*

**D**eus, qui nos redemptionis nostrae annua expecta-  
tione letificas, Praesta, ut unigenitum tuum, quem  
redemptorem leti suscipimus, venientem quoque Judicem  
Securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum  
filium tuum, Qui.

**D**a nobis omnipotens Deus, ut sicut adoranda filij  
tui Natalicia, quae presentibus sacrificijs provenimus,  
sic ejus munera capiamus sempiterna gaudentes. Per  
Eundem Dominum nostrum.

**D**a nobis Domine, ut Nativitatis Domini nostri  
Jesu Christi Solemnia, quae presentibus sacrificijs pre-  
venimus, sic nova sint nobis, ut continuata perma-  
neant, sic perpetua perseverent, ut pro suo miraculo  
nova semper existant. Per Eundem Dominum nostrum  
Jesum Christum filium tuum, cum quo vivis et regnas.

**T**anto nos Domine quafumus prumptiori servitio hujus  
Sacrificij precurrere concede Solemnia, quanto Con-  
stare principium nostrae redemptionis ostendis. Per.

*Con-*

*Confessio.*

**VD.** *in Confessione* hodiã ejus faciem pravenire,  
 et cum voce supplicii exorare, ut semper ventura noctis  
 vigiliarum suarum ita pervigiles, ut sinceris menti-  
 bus ejus percipere mereamur Natalem venturum, in  
 quo invisibilis ex substantia tua visibilis per carnem  
 apparuit in nostra. Secum unus, non tempore genitus,  
 non natura inferior ad nos venit ex tempore natus  
 Iesus Christus Dominus noster; per quem.

*Post Communionem.*

**Da** nobis Domine quaesumus Unigeniti filij tui re-  
 censita Nativitate respicere, cujus caelesti mysterio pas-  
 cimur et potamus. Per Dominum nostrum.

*De in Vigil. Nat. in Nocte  
 Ratio ad Scam Mariam.*

**Deus**, qui hanc sacratissimam Noctem veri luminis fecisti  
 inlustratione clarescere, Da quaesumus, ut cujus lucis  
 mysterium in terra cognovimus, ejus quoque gaudij in  
 celo perfruamur. Per Dnm nostrum.

**Respice** nos omnipotens Misericors Deus, et mentibus  
 clementer humanis nascente Christo Summae veritatis  
 lumen ostende. Per Dnm nrm.

*Secreta.*

**Accepta** Tibi sit Domine quaesumus hodierna festi-  
 vitatis oblatio, ut tua gratia largiente, per hac sacro-  
 sancta commercia, in illius inveniamur forma, in qua  
 tecum est nostra substantia. Per Eundem.

*Hem.*

*Item alia.*

**M**unera nostra Domine quaesumus Nativitatis hodierna mysterijs apta perveniant, et pacem nobis semper infundant, ut sicut homo genitus idem praefulsit et Deus, sic nobis hac terrena substantia conferat, quod divinum est. Per Eundem.

**U**cujus divine Nativitatis potentiam ingenitam virtutis tua genuit Magnitudo, quem semper filium et ante tempora aeterna generatum, quia Tibi pleno atque perfecto aeterni Patris nomen non defuit, praedicamus, verum etiam honore Majestate atque virtute aequalem Tibi cum Sancto Spiritu confitemur, dum primo vocabulo unicam credimus Majestatem, et eam laudant.

*Prefacio.  
Livia per incarnati.  
In Purificat. S. Mariae*

*Infractionem.*

**C**omunicantes et Noctem Sacratissimam celebrantes, in qua incontaminata Virginitas huic mundo edidit Salvatorem Ihesum Christum Dnm nrm, sed et Memoriam!

*Post Communionem.*

**D**a nobis Domine quaesumus Deus noster, ut qui Nativitatem Domini nostri Ihesu Christi nos frequentare gaudemus: dignis conversationibus ad ejus mereamus pertinere Consortium. Per Eundem.

*In Nat. Sc. Anastasiae.*

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut qui Beata Anastasia Martyra tua Solemnia colimus, ejus apud Te patrocinia sentiamus. Per Dnm nrm.

*Secreta.*

*Secreta.*

**A**ccipe quaesumus Domine munera dignanter oblata  
et Beata Anastasia suffragantibus meritis ad salutis  
auxilium provenire concede.

*Confessatio.*

**U**t qui ut de hoste generis humani major victoria  
duceretur; non solum per viros virtute martyrii; sed de  
eo etiam per feminas triumphasti; Et ideo!

*Post Com.*

**S**aciasti Domine familiam tuam muneribus sacris;  
ejus, quaesumus semper interventione nos refove; cuius  
Solemnia celebramus. Per Dñm nrm̄ Iesum Christum.

*Mane Prima.*

**D**a nobis quaesumus omnipotens Deus, ut qui nova  
Incarnatione Verbi Tui luce perfundimur; hoc in  
nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in  
mente. Per eundem.

*Secreta.*

**C**uncta Domine quaesumus his muneribus a nobis  
semper diabolica figmenta seclude; ut nostri redemptoris  
exordia purificatis mentibus celebremus. Per eundem.

*Confessatio.*

**U**t quia nostri Salvatoris hodie lux vera pra-  
cessit; que clara nobis omnia et intellectu manifesta-  
vit, et visu. Et ideo!

*Post Com.*

*Post Communionem.*

**H**ujus nos Domine Sacramenta Natales instaures,  
cujus nobilitas singularis humanam repulit vetusta-  
sem. Per Dñm.

*Ad Populum.*

**P**opulum tuum Domine quaesumus doceantur, sancti-  
ficent, et gubernent, aeternum que perficiant tam de-  
votionibus acta solemnibus, quam Natalicis agenda  
divinis, Ihesu Christi Dñi nostri. Ps

*In Natl. Dñi.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui hunc diem per  
Incarnationem verbi tui et per partum Beatae Virgi-  
nis Mariae consecrasti; Da populis tuis in hac celebri-  
tate letitiam, ut qui tua gratia sunt redempti, tua  
adoptione sint filij. Per eundem.

*Item alia.*

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus, ut nos Unigeniti  
tui nova per Carnem Nativitas liberet, quos sub peccati  
jugo vetusta servitus tenet. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blatio tibi fit Domine quaesumus hodiernae festi-  
vitatis accepta, qua et nostra reconciliationis pro-  
cessit perfecta prolatio, et divini cultus nobis est  
indita plenitudo. Per eundem.

*Contestatio.*

**U**t tui laudis hostia jugiter immolantes, cujus  
figuram habet justus instituit, agnus quoque legalis  
ostendit.

ostendit, celebravit Abraham, Melchisedech Sacerdos exhibuit, sed verus agnus et aeternus Pontifex hodie natus Christus implevit. Et ideo!

*Post Com.*

**L**ati Domine frequentamus salutis humana principia, quia Trina celebratio Beate Conspicitur Misterio Trinitatis. Per.

**P**resta quosumus Omnipotens Deus, ut natus hodie salvator mundi, sicut divina nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Per Dñm.

*Alia Orationes de Nat. Dñi.*

**A**desto Domine Supplicationibus nostris, et populum tuum, qui Te factore conditus, Teque est reparatus, auctore Te etiam jugiter operante salvetur. Per Dñm.

*Alia Collecta.*

**L**argire quosumus Domine famulis tuis fidei et securitatis augmentum, ut qui de Nativitate Dñi nostri Ihesu Christi gloriantur, et adversa mundi gubernante consentiant, et quae temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per Dñm.

*Item alia.*

**D**eus, qui humana substantia dignitatem et mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti, Da quosumus, ut ei efficiamus consortes in divina consortes, qui nostra humanitatis fieri dignatus est particeps Ihesus Christus filius tuus Dominus noster, qui tecum.

*Item alia.*

**O**mnipotens sempiternae Deus Creator humanae reformatorque

reformatorque Naturæ, quam Unigenitus Tuus in utero  
perpetuæ Virginitatis adsumpsit, respice nos propitius,  
ut filij Tui Incarnatione suscepta inter ipsius mereamur  
membra numerari. Per Eundem.

*Alia.*

**D**eus, qui Nativitatis Tuæ exordia pro nostra necessa-  
rium Salvatione duxisti, respice nos propitius, et  
quos similes ad imaginem Tuam fecisti, similiores ob-  
servatione perfice mandatorum. Qui cum Patre.

*Item Alia.*

**D**eus, qui Beate Virginis partum sine humana con-  
cupiscentia procreatum in Filij Tui membra venientis  
paternis fecisti præjudicijs non teneri; Presta qua-  
sumus, ut hujus creaturæ novitate suscepti vetusta-  
tes antiquis contagijs exuantur. Per Dñm.

**C**oncede nobis omnipotens Deus, ut salutare Tuum  
nova colorum luce mirabile, quod ad salutem mundi  
hodierna festivitate processit, nostris semper innovan-  
dis cordibus oriatur. Qui tecum!

*Item Alia.*

**O**mnipotens Sempiternæ Deus, qui in filij Tui Dñi  
nostri Nativitate tribuisti totius Religionis initium,  
perfectionemque constare; Da nobis quaesumus in  
ejus portione censerî, in qua totius salutis humana  
Lumina consistat. Per Eundem.

*Alia.*

**D**a quaesumus Domine populo Tuo inviolabilem fidei  
firmitatem, ut qui Unigenitum Tuum in Tua tecum glo-  
ria sempiternum in veritate nostri corporis Natum  
de



de Matre Virgine confitentur, et a presentibus liberentur adversis, et mansuris gaudijs inserantur. Per eundem.

**VIII. KL. JAN. NAT. S. STEPHANI MARTYRIS**

**D**a nobis quaesumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere, quia ejus Natalicia colimus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare. Per Dñm.

**Item Alia.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui primitias Martyrum in Beati Levite Stephani sanguine dedicasti, tribue quaesumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus supplicavit. Per D.

**Secreta.**

**G**rata Tibi sint Domine munera quaesumus devotionis hodierna, qui Beati Stephani Martyris tui commemoratio gloriosa depromit. Per Dñm.

**Confessatio.**

**V**D. Beati Stephani Levite simul et Martyris Natalicia recolentes, qui fidei, qui sacre militiae, qui dispensationis et castitatis egregia, qui predicationis mirabilisque constantia, qui Confessionis ac patientiae nobis exempla veneranda proposuit, Et ideo Nativitatem filij tui merito pre ceteris passionis sue festivitate prosequatur, cujus gloriae sempiternae primus Martyr occurrit; quem laudant...

**Post Com.**

**A**uxilientur nobis Domine sumpta mysteria, et intercedente Beato Stephano Martyre tuo sempiterna protectione confirmant. Per Dñm.

ad

*Ad Populum.*

**B**eatus Stephanus martyr Domine quaesumus, pro fidelibus tuis suffragator accedat, qui dum bene se tibi placitum, pro his etiam possit audire. Per Dñm.

**G**ratias agimus Domine multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui et filij tui Nativitate nos salvas, et Beati martyris Stephani deprecatione sustentas. Per Eundem.

*Item alia.*

**P**resta quaesumus omnipotens Deus, ut B. Stephanus Levita magnificus, sicut ante alios imitator Dominice passionis et pietatis erituit: ita sit fragilitatis nostrae promptus adiutor. Per Dominum.

*Item illis.*

**D**eus, qui nos unigeniti tui clementer incarnatione redemisti: Da nobis patrocinia tuorum continuata sanctorum, quibus capere valeamus salutaris mysterij portionem. Per eundem.

*VI. KL. Jan. Natl. Sci. Johannis Evangeliste.*

**D**eus, qui per os Beati Apostoli tui Johannis Evangeliste verbi tui nobis archana reserasti, presta quaesumus, ut quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentia competentis eruditione, capiamus. Per D.

*Item alia.*

**E**ccliam tuam Domine benignus illustra, ut Beati Johannis Evangeliste inluminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

*Secreta.*

**S**uscipe Domine munera, quae in eius tibi solemnitate deferimus,

deferimus, cuius nos scimus patrocinio liberari. Per D.

### Confestatio.

**V**eneranda Natalicia recensentes, qui Domini nostri Iesu Christi filij sui vocatione suscepta terrenum respuit Patrem, ut possit invenire caelestem, adeptus in regno caelorum sedem apostolici culminis, qui tantum rebus carnalibus contempserat genitoris, quique ab unigenito suo sic familiariter est dilectus, et inmensis gratiae muneribus approbatus, ut eum idem Dominus in Cruce iam positus vicarium suae Matri Virgini filium subrogaret, quatenus beatae genitricis integritate, probata dilecti virginitas deserviret. Nam et in cana mystica sacrosancto convivio super ipsum vitae fontem, aeternum pectus scilicet recubuerat salvatoris, de quo perenniter manantia caelestis aurientis fluentia doctrinae tam profundis ac mysticis est revelationibus inspiratus, ut omnem transgrediens creaturam excelsa mente conspiceret, et Evangelica voce proferret, quod in principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum; quem Laudant...

x discipuli

### Post Com.

Refecti cybo potuque caelesti Deus noster te supplices exoramus, ut in cuius hac commemoratione percipimus, ejus muniamur et precibus. Per Dnm.

### ad Populum.

Adsit Ecclesiae tuae Domine quaesumus Beatus Evangelista Johannes, ut cuius perpetuus Doctor existit, semper esse non desinat suffragator. Per. *alia.*

*alia.*

**D**eus, qui Beati Johannis Evangelista praconij principij sempiterna secreta resealedi; Da quafumus, ut ad intelligentiam verbi ejus, per quem nobis refplendet, fuf-fragijs accedamus. Per Dnm.

*Collecta.*

**P**raeta quafumus omnipotens Deus, ut excellentiam verbi tui, quam Beatus Evangelifta Johannes afperuit, et convenienter intelligere valeamus, et veraciter profiteri. Per eundem.

*V. Kt. Jan. Natl. Innocent. ad Scm Paulum.*

**D**eus, cujus hodierna die praconium innocentes Martyres non loquendo fed moriendo confefsi funt, omnia in nobis vitiatorum mala mortifica, ut fidem tuam, quam lingua noftra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

*alia.*

**D**eus, qui bonis tuis infantium quoque neftia facramenti corda precedis, tribue quafumus, ut noftra confcientia fiduciam non habentes indulgentia femper copiofa praevieniat. Per Dnm.

*Secreta.*

**A**defto Domine muneribus Innocentium feftivitate facra-ctis, et praeta quafumus, ut eorum finceritatem popi-mus imitari, quorum tibi dicatam veneramus infantiam. per Dominum.

*Contestatio.*

**U**t Praeciofis enim mortibus parvolorum, quos propter noftri Salvatoris infantiam baftialis fevitiae herodes funeftus occidit, in menfte clementia tua dona cognofcimus, fulget namque fola magis gratia, quam voluntas,

voluntas; et clara est prius confessio, quam loquela, ante  
passio, quam membra passionis existerent, testes christi,  
qui eius nondum fuerant agnitores. O infinita benigni-  
tas, cum pro suo nomine trucidatis meritum gloria perire  
non patitur, sed proprio cruore perfusis, et salus rege-  
nerationis expletur et imputatur corona martyrij!

*Post Com.*

**V**otiva Domine dona percepimus, qua sanctorum nobis  
precibus, et presentis quaesumus vite pariter, et aeternae  
tribue conferre subsidium. Per Dñm.

*ad Populum.*

**D**iscat Ecclesia tua Deus infantium, quos hodie venera-  
mur, exemplo sinceram tenere pietatem, qui illius prius  
vitam praestitit sempiternam, quam possint nosse pre-  
sentem. Per Dominum.

*Alia.*

**I**psi nobis Domine quaesumus postulent mentium pu-  
ritatem, quorum innocentiam hodie solemniter celebra-  
mus. Per Dñm.

*Dom. I. post Natl. Dñi.*

**D**eus qui salutis aeternae Beatae Mariae Virginitate  
fecunda humano generi premia praestitisti, tribue  
quaesumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus,  
per quam meruimus auctorem vite suscipere Iesum  
christum...

*Alia.*

**D**a nobis quaesumus omnipotens Deus, ut Nativitatem Dñi  
nostri Iesu christi, cuius solemnia veneramur, ejus semper  
muniamur auxilio. Qui tecum.

*Secreta.*

*Secreta.*

**M**uneribus nostris quaesumus Domine, precibusque susceptis: et caelestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Per Dñm.

*Prefat.*

**U**trumque et salutare nos sursum cordibus erectis divinum adorare misterium, quod humana condicio vetere terrenaque lege cessante nova caelestisq; substantia mirabiliter restaurata proferitur, ut quod magno Dei munere geritur, magnis Ecclesia gaudijs celebretur;

*Post Com.*

**D**a nobis Domine Deus noster, ut qui Nativitatem Domini nostri Iesu Christi digne mysterijs frequentare gaudemus, ad Eius mereamus pertinere Consortium; Per eundem.

*Ad Popul.*

**B**enedictionem quam Domine populus fidelis accipiat, qua corpore salvatus ac mente et gratiam Tibi semper exhibeat servitutem, et propitiationis tuae beneficia semper inveniat. Per.

*Prid. KL. Jan. Natl. Sci. Silvestri.*

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut Beati Silvestri Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**ancti tui nos quaesumus Domine ubique latificent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

*Post Com.*

*Post Com.*

**P**rostra quaesumus Omnipotens Deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes beneficia notiora sumamus. Per Dñm.

*KL. Jan. Octava Nat. Dñi.*

**D**eus qui nobis Nati Salvatoris diem celebrare concedis octavam, fac quaesumus nos ejus perpetua Divinitate muniri, cujus sumus carnali commemoratione reparati. Per Eundem.

*Alia.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti, custodi opera misericordiae tuae, et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda, ut per auxilium gratiae tuae in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

*Secreta.*

**P**rostra quaesumus Domine, ut per haec munera, qua Domini nostri Iesu Christi archana Nativitatis mysterio gerimus, purificatione mentis intelligentia consequamur. Per D.

*Contest.*

**VD** cuius hodie Octavam Nati celebrantes tua Domine mirabilia veneramus, quia quae peperit et Mater et virgo est, qui natus est et Infans et Deus est. merito caeli loquuti sunt, angeli gratulati, Pastores laetati, magi mutati, Reges turbati, Parvuli gloriosa passione coronati, Lacta mater-  
cybum

Cybum nostrum, lacta panem de Celo venientem, in  
 presepio positum, velut piorum Cybaria jumentorum.  
 Illic namque agnovit bos possessorem suum, et asinus  
 presepium Domini sui; Circumcisio scilicet et preputium,  
 quod etiam salvator et Dominus noster a Symione  
 susceptus in templo plenissime dignatus est adimplere;  
 Et ideo...

*Post Com.*

**P**resta quaesumus Domine, ut quod salvatoris nostri iterata  
 solemnitate percipimus, perpetua nobis redemptionis  
 conferat medicina. Per eundem.

*ad Populum.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui tua mensa par-  
 ticipes a diabolico jubes abstinere convivio; Da qua-  
 sumus plebi tuae, ut gustu mortiferae profanitatis  
 abjecto puris mentibus ad Epulas aeternae salutis  
 accedat. Per eundem.

*Item alia. Dom.*

**O**mnipotens sempiternae Deus dirige actus nostros  
 in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti filij tui merca-  
 mur bonis operibus habundare. Per eundem.

*Item alia.*

**P**ropiciare misericors Deus supplicationibus nostris,  
 et populum <sup>tuum</sup> pervigili protectione custodi, ut qui  
 unigenitum tuum in carne nostri corporis Deum natum  
 esse fatentur, nulla possint diaboli falsitate corrumpi.  
 Per eundem.

*Secreta.*

**C**oncede quaesumus Domine, ut oculis tuis Majestatis  
 munus



munus oblatum et gratiam nobis devotionis obtineat, et effectum beate perennitatis adquirat. Per.

**VD** Qui <sup>pro</sup> peccato primi parentis hominem a salutis finibus exulantem pietatis indulgentia ad veniam vitamque revocasti, mittendo nobis unigenitum tuum Salvatorem nostrum, Per quem Majestatem.

*Post Com.*

Per hujus Domine operationem mysterij et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur. Per.

*Ad Populum.*

Respice propitius Domine ad debitam Tibi populi servitutem, et inter humana fragilitatis incerta nullis adversitatibus opprimatur, qui de tua protectione confidit. Per Dominum.

*Nonis Jan. Vigilia Teophania.*

Corda nostra quaesumus Domine venturae festivitatis splendor illustret, quo mundi hujus tenebris careere valeamus, et preveniamus ad patriam claritatis eternam. Per Dñm.

*Secreta.*

Tribue quaesumus Domine, ut cum presentibus immolemus sacrificijs, et fumamus, quem venturae solemnitatis pia munera preloquuntur. Per Ihesum Christum.

**VD** Te laudare mirabilem Deum in omnibus operibus suis, quibus sacratissima Regni tui mysteria revelasti,

revelasti, hanc enim festivitatem index puerpera Vir-  
ginalis stella praecessit, quae natum in terra caeli Dominum  
Magis stupentibus nunciaret, ut manifestandus mundo  
Deus et caelesti denuntiaretur inditio, et temporaliter  
procreatus signorum temporalium ministerio panderetur;  
Et ideo cum Angelis....

*Post Com.*

**I**n luminibus Domine populum tuum et splendore  
gratie tuae cor ejus semper accende, ut salvatoris mundi  
stella famulante manifestata Nativitas mentibus eorum  
et reveletur semper et crescat. Per eundem.

*VIII. id. Jan. Teophania.*

**D**eus qui hodie tua die unigenitum tuum gentibus stella  
duce revelasti: Concede propitius, ut qui jam te ex fide  
cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae cel-  
situdinis perducamus. Per eundem.

*Item alia.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui verbi tui incar-  
nationem preclaro testimonio fideris indicasti, quod  
videntes Magi oblati Majestatem tuam muneribus ado-  
rarunt: Concede, ut semper in mentibus nostris tuae ap-  
pareat stella justitiae, et nos in tua sit confessione  
thesaurus. Per eundem.

**E**cclēsia tuae quaesumus Domine dona propitius  
intuere, quibus non jam aurum thus et mirra profertur,  
sed quod hisdem muneribus declaratur, immolatur,  
et sumitur Iesus Christus. Per.

*Confest.*

*Confessio.*

**U**os de laudare Omnipotens Deus, quia notam fecisti in populis misericordiam tuam et salutare tuum cunctis gentibus declarasti; hodiernum eligens diem, in quo adorandam veri Regis infantiam excitatus de remotis partibus Magos clarior ceteris sideribus stella perduceret, et Caeli ac Terrae Dominum Corporaliter natum radio suae lucis ostenderet; *Uideo ...*

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes et diem sacratissimam celebrantes, in quo unigenitus tuus in tua decum gloria coeternus in veritate nostrae Carnis natus, magis de longinquo venientibus visibilis et corporalis apparuit; sed et ...

*Post Com.*

**P**raesta quaesumus Domine Deus noster, ut quae solemniter celebramus officio, purificatione mentis intelligentia consequamur. *Per.*

*ad Populum.*

**D**eus qui per huius Celebritatis mysterium aeternitatis suae lumen cunctis gentibus suscitasti; Da plebi tuae redemptoris sui plenum cognoscere fulgorem, ut ad perpetuam claritatem per ejus incrementa perveniat, per quem eadem sumpsit exordia. *Per Eundem.*

*Alia.*

**D**eus inluminator omnium gentium, Da populis tuis perpetua pace gaudere, et illud lumen splendidum cordibus nostris infunde, quod trium Magorum mentibus aspersisti. *Per.*

*Alia.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, fidelium splendor animarum,

animarum, qui hanc solemnitatem Electionis gentium  
primitus consecrasti, imple mundum gratia tua, et sub-  
ditis Tibi populis per luminis tui appare claritatem.  
Per Dñm.

*Item alia.*

**D**a nobis quaesumus Domine digne celebrare mysterium,  
quo in nostri Salvatoris infantia miraculis coruscanti-  
bus declaratur, et corporibus incrementis manifesta  
designatur humanitas. Per.

**P**rosta quaesumus omnipotens Deus, ut Salvatoris  
mundi Stella duce manifestata Nativitas mentibus  
nostris reveletur semper et crescat. Per eundem.

*Dom̃. I. post Teophaniam.*

**V**ota quaesumus Domine Supplicantis populi tui  
caelesti pietate prosequere, ut quae agenda sunt videant,  
et adimplenda quae viderint convalescant. Per Dñm.

*Item alia.*

**F**ac nos Domine Deus noster tuis obedire mandatis,  
quia tunc nobis prospera cuncta proveniant, si Te  
solius vitae sequamur auctorem. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blatum tibi Domine sacrificium vivificet nos  
semper et muniat. Per Dñm.

**¶** Quia cum unigenitus tuus in substantia  
nostra mortalitatis apparuit, in nova nos immortali-  
tatis suae luce reparavit; Et ideo ...

*Post*

*Post Com.*

**S**upplices Te rogamus omnipotens Deus, ut quos  
tuis reficis sacramentis, Tibi etiam placitis moribus  
dignanter deservire concedas. Per eundem.

*Ad popl.*

**C**onserva quaesumus Domine familiam tuam, et bene-  
dictionum tuarum propitius ubertate purifica, ut  
eruditionibus tuis semper multiplicetur et donis. Per D.

*In Octava Teophania.*

**D**eus, cuius unigenitus in substantia nostra carnis  
apparuit, Praesta quaesumus, ut per eum, quem foris  
similem nobis agnovimus, intus reformari mereamus.  
Per.

*Secreta.*

**H**ostias Domine pro nati tui filij apparitione dese-  
rimus, suppliciter exorantes, ut sicut ipse nostrorum  
est auctor munerum, ipse sit misericors et susceptor  
Ihesus christus;

*Post Com.*

**C**aeleste lumen quaesumus Domine semper et ubique  
nos praeveniat, ut mysterium, cuius participes esse  
voluisti, et puro cernamus intuitu, et digno percipi-  
mus effectu. Per.

*ad Popl.*

**I**llumina quaesumus Domine populum tuum, et  
splendore gratiae tuae cor eius semper accende, ut  
salvatorem suum et incessanter agnoscat, et veraciter  
adprehendat Ihesus christus. Per Dnm.

*XXVIII. Kl. Feb. Natl. Sci Felicis In pensis. Conf.*

**C**oncede quaesumus Omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. Per D.

*Item alia.*

**D**a quaesumus Omnipotens Deus, ut Beatus Felix, qui donis tuis exivit gloriosus, apud Te nostris excuset nominibus idoneus interventor. Per.

*Secreta.*

**H**ostias Tibi Domine pro commemoratione Sancti Felicis tui Confessoris offerimus, suppliciter deprecantes, ut sicut illi praebuisti sacre fidei largitatem, sic nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per.

**U**t confessionem Sancti Felicis memorabiliter non facere, qui nec hereticis blandimentis, nec sui status potuit diversitatibus immutari, inter utraque discrimina veritatis adsertor, firmitatem suam fidei non reliquit. Per.

*Post Com.*

**S**anctorum precibus confidentes quaesumus Domine, ut per ea quae sumpsimus, aeterna remedia capiamus. Per.

*Dom. II. post Teoph.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui caelestia simul et terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, et pacem quam nostris concede temporibus. Per D.

*alia.*

*alia.*

**A**desto quaesumus Domine supplicationibus nostris,  
et in tua misericordia confidentes, ab omni nos ad-  
versitate custodi. Per Dñm nostrum.

*Secreta.*

**O**blata Domine munera sanctifica, nosq; a pecca-  
torum nostrorum maculis emunda. Per Dñm.

*Contestatio.*

**U**semperque virtutes et laudes tuas labijs  
exultationis effari, qui nobis ad revelandos istius  
vite labores diversa donorum tuorum solatia, et  
munerũ salutarium gaudia contulisti mittendo nobis  
Ihesum Christum.

*Post. Com.*

**A**ugeatur in nobis Domine quaesumus tuae virtutis  
operatio, ut divinis vegetati sacramentis ad eorum  
promissa capienda tuo munere praparemur. Per.

*ad. Popl.*

**A**uxiliare Domine populo tuo, ut sacrae devotionis  
proficiens in sacramentis et tuo semper munere guber-  
netur et ad redemptionis aeternae perveniat. Te  
ducente ductore consortium. Per.

*XVII. KL. Feb. Natl. Sci. Marcelli Papa.*

**P**reces populi tui quaesumus Domine clementer exaudi,  
ut Beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis  
meritis adjuvemur, cujus passione letamur. Per  
Dominum nostrum.

*Secreta.*

*Secreta.*

Suscipe quaesumus Domine munera dignanter oblata,  
et Beati Marcelli suffragantibus meritis ad nostra sa-  
lutis auxilium provenire concede. Per Dnm.

*Post Com.*

Saciaasti Domine familiam tuam muneribus sacris,  
Ejus quaesumus semper interventione nos refove, cujus  
solemnia celebramus. Per Dnm.

*XIII. KL. FEB. NAT. Marij et Marthae.*

Exaudi Domine populum tuum cum sanctorum tuo-  
rum Tibi patrocinio supplicantem, ut temporalis vite  
nos tribuas pace gaudere, et aeterna reperire subfi-  
dium. Per.

*Secreta.*

Preces Domine tuorum respice, oblationesq; fide-  
lium, ut et tibi grata sint perpetuorum festivitate  
sanctorum, et nobis conferant tuae propitiationis  
auxilium. Per Dnm.

*Post Com.*

Sanctorum tuorum Domine intercessione placatus  
Praesta quaesumus, ut quae temporali celebramus actio-  
ne, perpetua salvatione capiamus. Per.

*In Nat. Sci. Sebastiani Martyris.*

Deus qui Beatum Sebastianum Martyrem tuum  
virtute constantia in passione roborasti, ex eius  
nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi  
despicere, et nulla ejus adversa formidare. Per.

*Secreta.*



*Secreta.*

*Sancto Sebastiano interveniente Domine Tibi servitus  
noster complacat, et obsequia munerum fiant precordia  
devotorum. Per.*

*Post Com.*

*Sacro munere satiati supplices Te Domine depre-  
camur, ut quod debita servitutis celebramus officio,  
intercedente Beato Sebastiano Martyre tuo salva-  
tionis tue sentiamus augmentum. Per.*

*XII. KL. Feb. Natl. Scē Agnetis.*

*Crescat Domine semper in nobis sanctae jocundita-  
tis affectus, et Beata Agne virginis atq; Martyris  
tuae veneranda festivitas augeatur. Per.*

*Secreta.*

*Hodiernum Domine sacrificium latantes obsequi-  
mur, quo Beata Agnes caelestem victoriam recon-  
sentes, et tua magnalia praedicamus, et nos ad-  
quisisse gaudemus suffragia gloriosa. Per Dnm.*

*Post Com.*

*Sumentes Domine gaudia sempiterna de parti-  
cipatione sacramenti festivitatis Sanctae Martyris  
Agnetis suppliciter deprecamus, ut qui sedula  
servitute donante Te gerimus, dignis sensibus tuo  
munere capiamus. Per Dnm.*

*XI. KL. Feb. Natl. Scī Vincentij.*

*Adesto quaesumus Domine supplicationibus nostris,  
ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus,  
Beati*

Beati Vincentij Martyris tui intercessione libere-  
mur. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**ostias Domine Tibi Beati Vincentij Martyris tui di-  
catis meritis Benignus assume, et ad perpetuum nobis  
tribue provenire subsidium. Per Dñm.

*Post Com.*

**Q**uesumus Omnipotens Deus, ut qui caelestia ali-  
menta percepimus, intercedente Beato Vincentio Mar-  
tyre tuo, per hac contra omnia adversa muniamur.  
Per Dñm.

*Dom. III. Post Theophaniam.*

**O**mnipotens sempiternus Deus infirmitatem nostram pro-  
pitius respice, atq; ad protegendum nos dexteram tuae  
majestatis extende. Per.

*Alia.*

**V**ox clamantis Ecclesiae ad aures Domine quaesumus tuae  
majestatis ascendat, ut percepta venia peccatorum Te  
fiat operante devota, Te protegente secura. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**aec hostia Domine quaesumus emundet nostra delicta,  
et sacrificium celebrandum subditorum Tibi corpora, men-  
tesque sanctificet. Per Dñm.

*Contest.*

**U**T Te benedicere in omni tempore, quia in Te vi-  
vimus et movemur et sumus, et nullum tempus, nullumq;  
momentum est, quo a beneficijs Pietatis tuae vacuum  
transeamus;

transcamus; his autem diebus, quos suorum et munerum memoria significavit, vel innovante letitia preteriti gaudia, vel permanentis boni tempus agnoscimus. Per D.

*Post Com.*

Quos tantis Domine largiris uti mysterijs, quaesumus, ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per D.

*ad Populum.*

Adsit Domine quaesumus propitiatio tua populo supplicanti, ut quod Te inspirante fideliter expetit, tua celeri largitate percipiat. Per.

*Dom. III. post Teophaniam.*

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere; Da nobis salutem mentis et corporis, ut ea quae pro peccatis nostris patimur, Te adjuvante vincamus. Per Dnm.

*Item alia.*

Familiam tuam, quaesumus Domine, dextera tua perpetuum circumdet auxilium, ut ab omni pravitate defensa bona caelestia prosequatur. Per Dnm.

*Secreta.*

Concede quaesumus Omnipotens Deus, ut huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat. Per Dnm.

*Confessio.*

**U**ni genus humanum pravicatione sua in ipsa originis radice damnatum per florem virginis uteri reddere dignatus es absolutum, et hominem creaveras, quem unigenitum per eundem filium tuum Deum

Deum et hominem recreaveris, ut diabolus, qui Adam in fragili carne divicerat, conservata iustitia a Deo carne vinceretur adsumpta. Et ideo...

*Post Com.*

**M**unera tua nos, Deus, a delectationibus terrenis expediant; et celestibus semper instaurent alimentis. Per D.

*ad Populum.*

**P**orrige dexteram tuam quaesumus Domine plebi tuae misericordiam postulanti, per quam et errores declinet humanos, et solatia vitae immortalis accipiat, et sempiterna gaudia comprehendat. Per D.

*III. Non. Feb. Simonis. Coll.*

*ad S<sup>m</sup> Adrianum.*

**E**rudi quaesumus Domine plebem tuam, et qua extrinsecus annua tribuis devotione venerari, interiorius adsequi gratiae tuae luce concede. Per.

*ad Miss. Stat. ad S<sup>am</sup> Mariam.*

**O**mnipotens sempiternus Deus Majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia in templo est praesentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus praesentari. Per.

*Secreta.*

**E**xaudi Domine preces nostras, et ut digna sint munera, quae oculis tuae Majestatis offerimus, subsidium nobis tuae pietatis impende. Per. D<sup>nm</sup>.

*Confessio.*

**U**nia per Incarnati Verbi Mysterium nova mentis

mentis nostrae oculis lux tua claritatis infulsit, ut dum  
visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilem  
amorem rapiamus. Et ideo ...

**Q**uesumus Domine Deus noster, ut sacrosancta mysteria,  
qua pro reparationis nostrae munimine contulisti, inter-  
cedente Beata semper Virgine Maria et presens nobis  
remedium esse facies et futurum. Per D.

**Non. Feb. Natl. Sca Agathae Virginis.**

**I**ndulgentiam nobis Domine Beata Agatha Martyra  
imploret, qua tibi grata exitit virtute Martyrij, et  
merito Castitatis. Per D.

**Secreta.**

**F**iant Domine tuo grata conspectui munera suppli-  
cantis Ecclesiae, et ut nostra saluti proficiant, adlit  
intercessio Beatae tuae Martyrae Agathae. Per Dnm.

**U**t Pro cuius nomine penarum mortisque con-  
temptum in utroque sexu fidelium cunctis etatibus con-  
tulisti, ut inter felicium Martyrum palmas Agatham  
quoque beatissimam Virginem victrici patientia coro-  
naris, qua nec est minis terribi nec supplicij superata  
de diabuli serua triumphavit, quia in tua Deitatis  
confessione permansit. Et ideo ...

**Post Com.**

**E**xultemus pariter et de percepto pane iustitiae, et de  
tua Domine festivitate Martyrae Agathae, quia interven-  
tione tibi placentium confidimus, nobis ad perpetuam  
vitam profutura qua sumpsimus. Per Dnm.

**Dom. V.**

*Dom̄. V. post Teophaniam.*

**F**amiliam tuam quaesumus Domine continua pietate custodi, ut quae in sola spe gratiae caelestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dñm.

*Item alia.*

**D**eus qui solus es bonus, et sine quo nullus est bonus, jube nos quaesumus tales fieri, ut tua non mereamur bonitate privari. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**ostias tibi Domine placationis offerimus, ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dñm.

*Confestatio.*

**U**t tibi istam immolationem offerre, quae est mira proorsus et ineffabilis divini gratiae sacramenti, quae offertur a plurimis, et unum Christi corpus sancti spiritus infusione perficitur, singuli accipimus Christum Dominum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuetur, sed integrum se praebet in singulis; propterea ipsi quidem sumimus communionem huius sancti panis et calicis unum in Christo corpus efficitur per ipsius majestatem Te supplices exoramus, uti accepta habeas et benedicas haec superinposita munera, Per quem nos ab omnibus emundes contagijs vetustatis!

*Post Com̄.*

**Q**uaesumus omnipotens Deus, ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per haec mysteria pignus accipimus. Per Dñm. *ad Populum.*

**A**desto Domine populis in tua protectione confidentibus, et

et tua dextera suppliciter inclinantes perpetua defensione conserva. Per Dñm.

*Dom. VI. post Theophaniam.*

**C**onserva populum tuum Deus et tuo Nomini fac devotum ut divinis subjectus officijs, et temporarijs, viriliter et aeterna dona percipiat. Per.

*alia.*

**P**rosta quoesumus omnipotens Deus, ut semper rationalia meditantibus quae sibi sunt placita, et dictis exsequamur et factis. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**aec nos oblatio, Deus, mundet quoesumus et renovet et gubernet et protegat. Per Dñm.

**V**ad ad cuius inmensam pertinet gloriam, ut non solum mortalibus tua Deitate succurras, sed de ipsa etiam immortalitate nostra nobis remedium provideris et perditos quosque unde perierant inde salvaris. Per Dñm.

*Post Com.*

**C**aelestibus Domine pasti delicijs: quoesumus, ut semper eadem, per quae vivimus, veraciter adperamus. Per Dñm.

*ad Populum.*

**A**desto Domine fidelibus tuis et quibus supplicandi tribuis miseratus effectum, Concede benignissime consolationis auxilium. Per Dñm.

*VIII. KL. Mart. Cathedra Sci Petri.*

**D**eus qui Beato Apostolo tuo Petro collatis clavibus regni

regni caelestis animas ligandi atque solvendi pontificium  
tradidisti: concede, ut intercessionis eius auxilio, a pec-  
catorum nostrorum nexibus liberemur. Per Dñm.

### Secreta.

**E**cclēsia tua quaesumus Domine preces et hostias Beati  
Petri apostoli commendat oratio, ut quod pro illius  
gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per Dñm.

### Confessio.

**U**Te laudare mirabilem Deum in Sanctis suis,  
in quibus glorificatus es vehementer per ipsius Uni-  
geniti tui sacrum corpus exornas, et ipsis Ecclesia  
tua fundamenta constituisti, quam in Patriarchis  
fundasti, in Prophetis preparasti, in Apostolis con-  
didisti, ex quibus Beatum Petrum Confessione uni-  
geniti filij tui principem per os ipsius Domini Dei  
nostri Verbi tui vocatum et in apostolatum immuta-  
tum nomine confirmatum in fundamentum Domus  
tuae caelestium claustrorum Praesulem custodemque  
fecisti. Divino ei jure concesso, ut quae statueret  
in Terris, servarentur in Celis, cuius honore vel  
gloria hodie Majestati tuae haec Festa persolvimus,  
et gratiarum ac laudis hostiam immolamus.

### Post Com.

**L**etificet nos Domine munus oblatum, ut sicut in  
apostolo tuo Petro Te mirabilem predicamus, sic  
per illum tua sumamus indulgentiae largitatem. Per D.

### III. In. Mart. Nat. S. Gregorij Papae.

**C**oncede quaesumus Domine fidelibus tuis digne  
Sancti



Sancti Gregorij Pontificis tui celebrare mysteria, ut  
ea quae fideliter exsequuntur, et hic experiantur au-  
xilia, et aeternis effectibus adprehendant. Per D.

*Secreta*

**H**ostias Domine quas Nomini tuo sacrandas offeri-  
mus, Sancti Gregorij prosequatur oratio, per quam et  
nos expiari facias et defendi. Per D.

*Confestatio.*

**U**t quia sic tribuis Ecclesiam tuam Sancti Gregorij  
Pontificis tui commemoratione gaudere, ut eam semper  
illius festivitate latifices et exemplo pia conversatio-  
nis exerceas, grataque Tibi supplicatione licearis. Per...

*Post Com.*

**P**raestent Domine quaesumus tua sancta presidia, qua  
intervenientibus Beati Gregorij meritis ab omnibus  
nos absolvant peccatis. Per Dnm.

*Incip. in Septuages. Stat. ad Sctm Laurent.*

**D**eus, qui ineffabilem observantiam sacramenti sa-  
mulozum tuorum preparas voluntate, donis gratia tua  
corda nostra purifica, ut quod sancta est devotione  
tractandum, sinceris mentibus exsequamur. Per Dnm.

*alia.*

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus fragilitati  
nostra sufficientiam competentem et tuae reparationis  
affectum, et pia conversatione recenscat, et cum exul-  
tatione suscipiat. Per.

*Secreta.*

**C**oncede nobis misericors Deus et digne tuis servire  
Semper

Semper altaribus, et eorum perpetua participatio-  
ne Salvari. Per D.

**U**uia per ea, quae conspiciuntur, instruimus,  
quibus modis ad invisibilia tendere debeamus. Denique  
Commonemur anni ducentis successum de praeterito in  
futura, et ad novitatem vitae de vetustate transire,  
et terrenis sustentationibus expediti caelestis doni  
capiamus desiderabilius ubertatem, ut per eum cibum,  
qui beneficijs prorogatur alternis, perveniamus ad  
victum sine fine mansurum. Per . . .

*Post com.*

Sacrae nobis, quaesumus Domine, mensae libatio et  
pia conversationis augmentum, et tua propitiatio-  
nis continuo praestet auxilium. Per.

*ad Popul.*

Preces populi tui Domine clementer exaudi, ut qui  
iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis  
gloria misericorditer liberemur. Per.

*In Sexagesima. ad Scm Paulum.*

Deus qui conspicias, quia ex nulla nostra actione con-  
fidimus, concede propitius, ut contra adversa omnia  
Doctoris gentium protectione muniamur. Per D.

*alia.*

Tuere quaesumus Domine plebem tuam, et Sacram  
sollemnitatem recolentem gratia caelestis largitate  
prosequere, ut visibilibus adjuncta solatijs ad invisibi-  
lia bona promptius incitetur.

*Secreta.*

Intende quaesumus Domine hostias familiae tuae, et  
quam

quam sacris muneribus facias esse participem, tribuas  
ad eius plenitudinem pervenire. Per.

**VD** Qui rationabilem Creaturam nec Temporalibus  
deditam bonis ad premia sempiterna contendat, ea dis-  
pensatione digneris erudiri, ut nec castigatione defi-  
ciat, nec prosperitatibus insolescat, sed hoc potius fiat  
ejus gloriosa devotio, qua nullis adversitatibus superetur.  
Per Christum..

*Post. Com.*

Sit nobis quesumus Domine cybus facer potusque  
salutaris, qui et temporalem vitam muniat et praestet  
aeternam. Per Dnm.

*ad Popul.*

Rege quesumus Domine populum tuum et gratia  
tua in eo dona multiplica, ut ab omnibus liber offer-  
sis, et temporalibus non destituatur auxilijs, et sempi-  
ternis gaudeat institutis. Per Dnm.

*In Quinquagesima. ad S<sup>m</sup> Petrum.*

Preces nostras quesumus Domine, clementer exaudi,  
atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni adver-  
sitate custodi. Per Dnm nostrum.

*Item alia.*

Aufer a nobis Domine, quesumus, iniquitates nostras,  
ut ad Sancta Sanctorum puris mereamus sensibus in-  
troire. Per D.

*Secreta.*

Sacrificium Domine observantiae Pascalis offerimus,  
Praesta quesumus, ut tibi et mentes nostras reddat acceptas  
et

Et continentiae promptiores nobis tribuat facultatem.

Per Dñm.

*Confessio.*

**U**t modulum terrena fragilitatis aspiciens non in ira tua pro nostra pravitate nos arguas, sed inmensa clementia tua purifices, erudies et consolers, quia cum sine Te nihil possumus facere, quod tibi sit placitum, tua nobis gratia sola prestabit, ut salubri cum conversatione vivamus. Per D.

*Post Com.*

**R**epleti sumus Domine donorum participatione caelestium, Presta quaesumus, ut eadem et sumamus jugiter et incessabiliter ambiamus. Per D.

*ad Popul.*

**D**e multitudine misericordiae tuae Domine populum tibi protege confidentem, et corporaliter gubernatum pie mentis affectum ejus muneribus adsequendis officio promptiorem. Per.

*Fer. III. Caput de Jejunijs.*

*Stat. ad Scam Sabinam.*

**C**oncede nobis, Domine, praesidia militiae Christianae sanctis inchoare jejunijs, ut contra spiritalis nequicias pugnaturi, continentia muniamur auxilijs. Per.

*Ad Missam.*

**P**resta Domine fidelibus tuis, ut jejuniorum veneranda solemnitas et congrua pietate suscipiant, et secunda devotione percurrant. Per.

*Secreta.*

**F**ac nobis quaesumus Domine his muneribus offerendis  
Conve-

convenienter aptari: quibus ipsius venerabilis sacramenti  
venturum celebramus exordium. Per.

**VD.** Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem  
elevas, virtutem largiris et premia!

*Post com.*

Percepta nobis, Domine, prebeant sacramenta subsidium,  
ut et tibi grata sint nostra jejunia et nobis proficiant  
ad medelam. Per Dnm.

*ad Populum.*

Tuere Domine populum tuum, et ab omnibus peccatis  
clementer emunda, quia nulla ei nocebit adversitas,  
si nulla dominetur iniquitas. Per.

**Fer. V. infra L.<sup>ma</sup> Stat. ad Sctm Georgium.**

Da quaesumus Domine fidelibus tuis jejunijs pascha-  
libus convenienter aptari, ut suscepta solempniter  
castigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat  
animarum. Per Dnm.

Fac nos quaesumus Domine salutis nostrae causas et  
devotis semper frequentare servitijs et devotius recolare  
principaliter inchoatas. Per Dnm.

*Secreta.*

Haec quae nos reparant, quaesumus Domine, Beata  
mysteria, suo munere dignos efficiant. Per Dnm.

*Post com.*

Inclinantes se Domine Majestati tuae propitiatus in-  
fende, ut qui divino munere sunt repleti, caelestibus  
semper nutriantur auxilijs. Per Dnm.

**Fer. VI. infra L.<sup>ma</sup> Stat. ad Sctos Johan. et Paulum.**  
Inchoata

**I**nchoata jejunia quaesumus Domine benigno favore prosequere, ut observantiam, quam corporaliter exercemus, mentibus valeamus implere sinceris. Per.

**A**djuva nos Deus salutaris noster, ut qua conlata nobis honorabiliter recensemus, devotis mentibus adsequamur. Per Dñm.

*Secreta.*

**P**repara nos quaesumus Domine precipua festivitatis officijs, ut haec sacrificia sobrijs mentibus celebremus. Per Dñm.

*Post Com.*

**T**ribue quaesumus nobis omnipotens Deus, ut dona caelestia, qua debito frequentamus obsequio, sincera pro confessione sentiamus. Per Dñm.

*Ad Popul.*

**P**raesta famulis tuis Domine abundantiam protectionis et gratiae, da salutem mentis et corporis, da continua prosperitatis augmenta, et tibi semper facere devotos. Per Dñm.

*Sabbato infra L. <sup>mam.</sup>*

**O**bservationis hujus annua celebritate letantes quaesumus Domine, ut paschalibus actionibus inherentes plenis ejus affectibus gaudeamus. Per.

**A**desto Domine supplicationibus nostris, et hoc solemne jejunium, quod animis corporibusque curandis salubri, Per institutum est, devoto servitio celebremus. Per D.

*Secreta.*

**S**uscipe Domine sacrificium, cuius Te voluisti dignanter imolatione placari; Praesta quaesumus, ut hujus operatione mandati beneplacitum Tibi nostrae mentis offeramus affectum. Per Dñm.

*Post Com.*

*Post Com.*

**C**elestis vite munere vegetati, quasumus Domine, ut quod est nobis in presenti vita mysterium, fiat eternitatis auxilium. Per.

*ad Popul.*

**F**ideles tui, Deus, per tua dona firmentur: ut eadem et percipiendo requirant, et querendo sine fine percipiant. Per Dnm.

*In Quadragesima**Oratio ad S<sup>m</sup> Johannem ad Lateranos.*

**D**eus qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali observatione purificas, Praesta familiae tuae, ut quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis moribus exsequatur. Per D.

**C**oncede nobis omnipotens Deus, ut per annua quadragesimalis exercitia sacramenti, et intelligendum Christi proficiamus archanum, et affectus ejus digna conversatione sectemur.

*Secreta.*

**S**acrificium Domine quadragesimalis initij sollemniter immolamus, Te Domine deprecantes, ut cum epularum restrictione carnalium, a noxijs quoque voluntatibus temperemus. Per.

*Contestatio.*

**U**ui continuatis Quadragesimae diebus et noctibus hoc jejunium non esuriens dedicavit, postea enim esuriit, et non tam cibum hominum quam salutem, nec escarum secularium epulas concupivit, sed animarum desideravit potius sanctitatem, cybus enim ejus est

est redemptio populorum: cybus ejus est totius volun-  
tatis effectus, qui nos docuit operari non cybum, qui  
terrenis dapibus apparatus, sed qui divinarum scriptu-  
rarum lectione percipitur. Et ideo...

*Post Com.*

**T**ua nos Domine sacramenti Libatio sancta restauret,  
et a vetustate purgatos in Mysterij salutaris faciat  
transire consortium. Per.

*ad Popul.*

**S**uper populum tuum Domine quaesumus Benedictio  
Copiosa descendat, indulgentia veniat, Consolatio  
tribuat, fides sancta succrescat, redemptio sempiterna  
firmetur. Per.

*ad Vesperum.*

**D**a nobis quaesumus Omnipotens Deus, et aeterna  
promissionis gaudia querere, et quaesita citius inve-  
nire. Per Dnm.

*Fer. II. ad Scm. Petrum ad Vincula. EB. I.*

**C**onverte nos Deus salutaris noster, et ut nobis jejunium  
quadragemale proficiat, mentes nostras caelestibus  
instrue disciplinis. Per Dnm.

**S**anctifica Domine, quaesumus, nostra jejunia, et cuncta  
nobis indulgentiam propitius largire culparum.

*Secreta.*

**A**cepta Tibi sit Domine nostrae devotionis oblatio,  
quae et jejunium nostrum Te operante sanctificet, et  
indulgentiam nobis hae consolationis obtineat. Per.

*Post Com.*

**S**alutaris tui Domine munere satiati supplices exoramus,  
ut cujus letamur gustu, renovemur effectu. Per Dnm.

*ad*



*ad Populum.*

**E**stote Domine propitius plebi suae, et temporali consolatione non deserat, quam vis ad eterna contendere. Per.

*Fer. III. oratio ad scām Anastasiam.*

**R**espice Domine familiam tuam, et presta, ut apud Te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quae se carnis maceratione castigat. Per.

*alia.*

**P**acem nobis tribue Domine quaesumus, mentis et corporis, ut per jejunium nostra fragilitati et manifesti subiciantur hostes, et invisibiles excludantur.

*Secreta.*

**O**blatis, quaesumus Domine, placare muneribus, et a cunctis nos defende periculis. Per.

*Post Com.*

**S**umpsimus Domine celebritatis annuae votiva sacramenta, presta quaesumus, ut et temporalis vitae nobis remedio praeveniant et eterna. Per Dñm.

*ad Populum.*

**A**scendant ad Te Domine preces nostrae, et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dñm.

*Fer. III. ad scām Mariam ad Praesepe. Et i.*

**P**reces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et contra cuncta nobis adversantia dexteram tuam majestatis extende. Per Dñm.

*alia.*

**D**evotionem populi sui, quaesumus Domine, benignus intende, ut qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**acrificia Domine propitius ista nos salvent, quae medicinalibus sunt instituta jejunijs. Per.

¶

**VD.** Qui in alimento corporis humani frequenter  
Copiam producere iussisti, et in alimento animarum  
ieiunij nobis medicinam indidisti; Haec supplices  
invoamus, ut Tibi sit acceptabile ieiunium nostrum, ut  
nos a peccato ieiunantes absolvas. Per Dñm.

*Post Com.*

Tui Domine perceptione Sacramenti et a nostris min-  
demur occultis, et ab hostium liberemur insidijs. Per D.

*ad Popul.*

Da quaesumus Domine populis Christianis, et quod  
profitentur agnoscere, et ad caeleste munus diligere,  
quod frequentant. Per Dñm.

*Fer. III. ad Sctm Laurent. ad Sermones.*

Omnipotens sempiternus Deus, qui nobis in obser-  
vantia ieiunij et Elimosynarum semine profuisti,  
nostrorum remedia peccatorum, Concede, nos opere men-  
dis et corporis semper Tibi esse devotos. Per D.

Precamur omnipotens Deus, ut transitoris operibus  
abstinentes ea potius operemur, quibus ad aeterna  
gaudia consequenda et spes nobis subpetat et facultas.  
Per Dñm.

Suscipe Creator omnipotens Deus, quae ieiunantes  
de tua munificentia largitate deserimus, et pro  
temporali nobis conlata presidio ad vitam conver-  
te propitiatus eternam. Per.

**VD.** Quia competenter atque salubriter religiosa  
sunt nobis instituta ieiunia, ut corporis iocunditates  
inmoderatas coerceremus, inlecebras, et terrena delecta-  
tionis

tionis insolentia refrenata purior atq[ue] tranquillior  
appetitus ad caelestia contemplanda mysteria fidelium  
reddantur, animarum laudes, qua[rum] tuas Domine fidentes  
intendas conjungere vocibus angelorum, qui gloriam  
tuam concinnant sine fine dicentes sanctus ...

*Post Com.*

**P**ercipientes Domine gloriosamysteria referimus gra-  
tias, quod in terris positus jam caelestium prestat esse  
participes. Per.

*ad Popul.*

**R**espice Domine propitius ad plebem tuam, et quia  
divinis tribuis proficere sacramentis, ab omnibus ab-  
solve peccatis. Per.

*Fer. VI. ad Apost. e Bd. I. infra*

**E**ro Domine propitius plebi tua, et quam tibi facis  
esse devotam, benigno refove miseratus auxilio. Per.

*alia.*

**D**a nobis quasumus omnipotens Deus jejuniorum mag-  
nifici sacramenti et digne semper tractare mysteria,  
et competenter honorare primordia. Per.

*Secreta.*

**S**uscipe quasumus Domine devotorum munera famu-  
lorum et tuis divinis purifica ferventes pietate myste-  
rijs, quibus etiam justificas ignorantes. Per.

*Confessio.*

**U**. Tibi sacrificare jejunium, quod nos ab iniquo  
seculi docuisti, magnam enim in hoc munere corpori-  
bus salubritatem et sanitatem mentibus contulisti,  
quod si illa<sup>rum</sup> humani generis mater interdicta sibi arbor  
custodisset, et immortalitatem retinisset et Patriam  
sed peccatum Matris antiqua, quod illicita vetustatis  
usur-

usurpatione commisit, in nostris oramus absolvi je-  
junij, ut qui de Paradiso non abstinento cecidimus,  
ad eundem nunc jejunando redeamus. Per christum...

*Post Com.*

**P**resta quaesumus Domine spiritualibus gaudijs nos  
repleri, ut quae actu gerimus, mente sectemur. Per.

*ad Popul.*

**P**lebs tua Domine quaesumus benedictionibus sca-  
minis accipiatur, per quod et noxia quaeq; declinet,  
et optata reperiat. Per.

*Sabb. ad San Petrum, in XII. Lect. eB. i.*

**P**opulum tuum quaesumus Domine, propitiatus  
respice, atq; ab eo flagella tua iracundiae clementer  
averte. Per.

**P**rotector noster aspice Deus, et qui malorum nostro-  
rum pondere premimur, percepta misericordia li-  
bera tibi mente famulemur. Per.

**A**ctiones nostras quaesumus Domine, et aspirando  
praeveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra  
oratio et a te semper incipiat, et per te capta fi-  
niatur. Per D.

**A**desto quaesumus Domine supplicationibus nostris,  
ut esse te largiente mereamur, et inter prospera  
humiles et inter adversa securi. Per D.

**D**eus qui delinquentes perire non pateris, donec  
convertantur et vivant, debitam quaesumus peccatis  
nostris suspende vindictam, et Presta propitius, ne  
dissimu-

dissimulatio commulet ultionem, sed potius per jejunium emendatio proficit ad veniam. Per Dñm.

*Post Benedictionem.*

**D**eus quem omnia opera benedicunt, quem caeli glorificant, angelorum multitudo conlaudat, quesumus Te, ut sicut tres pueros de Camino ignis incendij non solum inlesos, sed etiam suis laudibus conclamantes liberasti, Ita nos peccatorum nexibus obvolutos, velut devoratione ignis eripias, ut dum Te Deum Patrem benedictio laudemus, criminum flamas, operumque carnalium incendia separantes, hymnum Tibi debitum jure meritoque reddamus. Per.

*Secreta.*

**P**resentibus sacrificijs, Domine, jejunia nostra sanctifica, ut quod observantia nostra proficitur ex-  
trinsecus, interius operetur. Per D.

**VD.** Inluminator et redemptor animarum nostrarum, qui nos per primum adam abstinentiae Lege violata paradiso ejectos, fortiores jejunij remedio ad antiquam Patriam per gratiam revocasti, ut non solum corpus a cybis, sed a delictis omnibus liberaris. Per...

*Post Com.*

**P**erpetuo Domine favore prosequere quos reficis Divino mysterio, et quos inbuisti caelestibus institutis, salutaribus comitare solatijs. Per D.

*ad Populum.*

**F**ideles suos, Dñe, benedictio desiderata confirmet, que eos et a sua voluntate nunquam faciat discrepare, et suis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per D.

*Dies*

*Dies Dominica Vacat.*

**D**eus qui conspicias omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi, ut et ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus munde- mur in mente. Per.

**P**raesta nobis misericors Deus, ut placationem tuam promptis mentibus excoremus, et peccatorum veniam consequentes a noxijs liberemur incurribus. Per D.

*Secreta.*

**E**cclēsie tuae, Domine, munera placatus assume, quae et misericors offerenda tribuisti, et nostra salutis potenter efficias transire mysterium. Per D.

**U**niversam Majestatem tuam supplicantes, ut mentibus nostris medicinalis observantiae munus infundas, et qui negligentibus etiam subsidia ferre non desinis, beneficia probeas potiora devotis. Per Christum...

*Post Com.*

**R**efecti Domine pane caelesti ad vitam quaesumus nutriamur eternam. Per Dnm.

*ad Popul.*

**F**amiliam tuam quaesumus propitius inlustra, ut beneplacitis inherendo cuncta quae bona sunt mereamur accipere. Per Dnm.

*Fer. II. ad Sctm Clementem.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut familiam tuam, quae se affligendo carne, ab alimentis abstinet, sectando iustitiam, a culpa jejundet. Per.

*alia.*

**T**uis quaesumus Domine adesto supplicibus, et inter mendaciae pravitatis insidias fragilitatem nostram sempiterna pietate prosequere. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**H**æc hostia, Domine, placationis et laudis, quas nos propitiatione dignos efficiat. Per D.

*Post Com.*

**P**recepta Domine Sancta nos adjuvent, ut suis repleant institutis. Per.

*ad Populum.*

**P**opulum tuum Domine quaesumus, ad Te toto corde converte, quia quos defendis, etiam delinquentes maiore pietate tuere sincera mente devotos. Per.

*Fer. III. ad Scam Balbinam.*

**P**erfice, quaesumus Domine, benignus in nobis observantia Sancta subsidium: ut, qua Te auctore facienda cognovimus, Te operante impleamus. Per Dnm.

*Alia.*

**D**eus, qui ob animarum medelam jejuniis devotione castigare corpora precepisti: Concede, ut corda nostra ita pietatis tue valeant exercere mandata, quatenus ab omnibus possimus semper abstinere peccatis. Per D.

*Secreta.*

**S**anctificationem tuam nobis, Domine, his mysterijs placatus operare: qua nos et a terrenis purget vitijs, et ad caelestia dona perducas. Per D.

*Post Com.*

**D**elicias, Domine, mensæ caelestis ambimus, quibus jejunando copiosius saginamus. Per.

*ad Populum.*

**D**a quaesumus Domine, fidelibus tuis, et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter expectare ventura, ut ministerijs quibus tenati sunt, permanentes ad novam vitam his operibus perducantur. Per.

*Fer. III.*

**Fer. III. ad Scam Ceciliam.**

**D**eus, qui per verbum tuum humani generis reconci-  
liationem mirabiliter operaris; **P**resta quaesumus, ut  
sancto jejunio et Tibi toto simus corde subjecti, et in  
tua nobis efficiatur precede concordēs. **Per D.**

**alia.**

**P**resta nobis Domine quaesumus, auxilium gratiae tuae,  
ut jejnijs et orationibus convenienter intenti liberemur  
ab hostibus mentis et corporis.

**Secreta.**

**H**ostias Domine, quas Tibi offerimus, propitius respice,  
et per haec sancta commercia vincula peccatorum nostro-  
rum absolve. **Per D.**

**Post Com.**

**G**ratia tua nos Domine quaesumus, non derelinquat,  
quae et sacra nos debitos faciat servituti, et tuam nobis  
opem semper adquirat. **Per.**

**ad Populum.**

**P**opulum tuum Domine propitius respice, et quos ab  
escis carnalibus precipis abstinere, a noxijs quoque vitijs  
cessare concede. **Per D.**

**Fer. V. ad Scam Mariam Trans Tyberim.**

**E**cclēsiā tuam Domine, perpetua miseratione prose-  
quere, ut inter seculi turbines constituta, et presenti  
jocunditate respiret, et aeternam Beatitudinem per-  
cipiat. **Per D.**

**alia.**

**A**djuva nos Deus salutaris noster, et in sacrificio jeju-  
niorum nostras mentes purifica, ut ad beneficia reco-  
lenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire  
gaudentes. **Per Dnm.**

**Secreta.**

**A**ccepta tibi sint Domine quaesumus, nostri dona  
jejunij,



jejunij, qua expiando nos tua gratia dignos efficiant, et ad sempiterna promissa perducant. Per.

*Post Com.*

**P**raevenerant nobis Domine quaesumus divinum tua sancta fervorem, qua eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per Dnm.

*ad Populum.*

**A**desto Domine famulis tuis, et opem tuam largire poscentibus, ut his qui de auctore et gubernatore glori-  
anter et grata restaures, et restaurata conserves. Per D.

*Fer. VI. ad Scm Vitalem. hic facis scrutinio.*

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut sacro nos purificant  
jejunio sinceris mentibus ad sancta ventura facias perve-  
nire. Per.

**A**d hostes nostros, quaesumus Domine, superandos  
praepra quaesumus, ut auxilium tuum jejunij tibi placitis  
et bonis operibus impetremus. Per Dnm.

*Secreta.*

**H**aec in nobis sacrificia, Deus, et actione permanent,  
et operatione firmentur. Per.

*Post Com.*

**F**ac nos Domine quaesumus, accepto pignore salutis  
aeternae sic tendere congruenter, ut ad eam pervenire  
possimus. Per Dnm.

*ad Populum.*

**D**a quaesumus Domine populo tuo salutem mentis  
et corporis, ut bonis operibus inherendo tua semper  
virtutis mereamur protectione defendi. Per Dnm.

*Sabb. ad Scs Marcellinum et Petrum.*

**D**a quaesumus Domine nostris effectum jejunij salutarem  
ut

ut castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetatio-  
nem transeat animarum. Per Dñm.

*alia.*

Subveni Domine servis tuis suam jugiter iniquitatem  
gementibus, mentesq; nostras terrenis affectibus pragra-  
vatas medicinalibus fructibus exonerare jejunijs, et corpo-  
ris afflictionem conrobora. Per Dñm.

*Secreta.*

His sacrificijs, Domine, concede placatus; ut qui pro-  
prijs oramus absolvi delictis, non gravemur externis.  
Per Dñm.

*Post com.*

Sacramenti tui, Domine, divina libatio, penetrabilia  
nostris cordis infundat: et tui nos participes potentes  
efficiat. Per Dñm.

*ad Populum.*

Inplorantes Domine misericordiam fideles populos  
propitius intueri, et qui prater te alium non noverunt,  
tuis semper beneficijs gloriantur. Per.

*Dom. ad Sctm Laurentium.*

Quaesumus Omnipotens Deus, vota humilium respice,  
atq; ad defensionem nostram Dexteram tuam Majestatis  
extende. Per Dñm.

*alia.*

Propitiare Domine supplicationibus nostris anima-  
rum nostrarum medere languoribus, ut remissione per-  
cepta in tua semper benedictione laetemur. Per Dñm.

*Secreta.*

Suscipe Domine quaesumus, nostris oblata <sup>servitijs,</sup> jejunijs, et  
tua potius dona sanctifica. Per Dñm.

**U** Suppliciter exorare, ut cum abstinentia cor-  
porali mens quoq; nostra sensus declinet illicitos, et  
qua

qua terrenis felicitate carnalibus epulis abnegamus  
humana voluntatis pravis intentionibus amputamus,  
ut ad sancta sanctorum fideliter salubriterque capienda  
competenti jejunio valeamus aptari, tanto nobis certius  
propensius jugiter ad futuram, quanto fuerimus eo-  
rum primis institutionibus gratiores; Per Christum...

*Post Com.*

**A** cunctis nos Domine, reatibus et periculis pro-  
pitiatus absolve, quos tanti mysterij tribuis esse  
participes. Per Dñm.

*ad Populum.*

**S**ubjectum Tibi populum, quaesumus Domine, pro-  
pitiatio celestis amplificet, et quis semper faciat  
servire mandatis. Per.

*Fer. II. ad Sctm Marcum.*

**C**ordibus nostris, quaesumus Domine, benignus in-  
funde, ut sicut ab oculis corporalibus temperamus; ita  
sensus quoque nostros a noxio retrahamus excessu. Per.

**C**onserva Domine familiam tuam bonis semper ope-  
ribus eruditam, et sic presentibus consolare subsidijs,  
ut ad superna perducas dona propicius.

*Secreta.*

**M**unus, quod Tibi, Domine, nostra servitutis offeri-  
mus, Tu salutare nobis perfice sacramentum. Per D.

*Post Com.*

**Q**uos jejunia votiva castigant, tua Domine sacra-  
menta vivificent, ut terrenis affectibus mitigatis, fa-  
cilis celestia capiamus. Per.

*ad Pop.*

*ad Popul.*

**G**ratias Tibi referant Domine corde Subjecto tua  
Semper Ecclesia et consequenter obtineat, ut observa-  
tiones antiquas jugiter reconferendo proficiat in futurum.  
Per Dñm.

*Fer. III. ad Scam Pudentianam.*

**E**xaudi nos omnipotens et misericors Deus, et  
continentia salutaris propitius nobis dona concede.  
Per Dñm.

**P**rosequere omnipotens Deus jejuniorum sacra myste-  
ria, et quos ab escis carnalibus precipis abstinere, a  
noxijs quoque vitijs cessare concede. Per.

*Secreta.*

**P**er hæc veniat sacramenta, quaesumus Domine, nostræ  
redemptionis effectus, qui nos et ab humanis retrahat  
semper excessibus, et ad salutaria cuncta perducatur.  
Per Dñm.

*Post Com.*

**S**acris Domine mysterijs expiati, et veniam conse-  
quamus et gratiam. Per Dñm.

*ad Popul.*

**C**oncede misericors Deus, ut devotus tibi populus  
semper existat, et de tua clementia, quod ei prodest,  
indefinenter obtineat. Per.

*Fer. III. ad Scm Xystum.*

**P**resta nobis quaesumus Domine: ut salutaribus jeju-  
nijs eruditi, a noxijs etiam vitijs abstinentes propi-  
tiationem tuam facilius impetremus. Per Dñm.

**S**acra nobis, quaesumus Domine observationis jejunia,  
et pia conservationis augmentum et tua propitiationis  
con-

Continuum praestent auxilium. Per Dominum.

**E**xorcicio veneranda Domine jejuniū salutaris  
populi tui corda dispone, ut et dignis mentibus sus-  
cipiat Paschale mysterium, et continuata devotionis  
sumat augmentum. Per Dñm.

*Secreta*

**P**urifica nos misericors Deus, ut Ecclesiae tuae preces,  
quae tibi gratae sunt, pia munera deferentes fiant  
expiatis mentibus gratiores. Per.

*Post Com.*

**C**aelestia dona capientibus, quaesumus Domine, non  
ad iudicium pervenire patiaris, quod fidelibus tuis  
ad remedium providisti. Per.

*ad Populum*

**M**iserere Domine populo tuo, et continuis tribu-  
lationibus laborantem propitius respirare concede.  
Per D. *Hic facis ad Aur. apertionem.*

*Fer. III. ad Sctm Paulum. Et. III.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui et iustis  
praemia meritorum et peccatoribus per jejunium erro-  
ris tui veniam praebes, miserere supplicibus, parce  
peccatoribus, ut reatus nostri Confessio indulgentiam  
valeat percipere delictorum. Per Dñm.

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut quos jejunia  
votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta castiget,  
ut terrenis affectibus mitigatis facilius caelestia capia-  
mus. Per Dñm.

*Secreta*

*Secreta.*

**S**upplices Domine Te rogamus, ut his sacrificijs peccata nostra mudentur, quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatem. Per.

*Post Com.*

**S**acramenta, quae sumimus Domine Deus noster, et spiritalibus nos repleant alimentis, et corporalibus fuentur auxilijs. Per Dñm.

*ad Populum.*

**P**ateant aures misericordiae tuae Domine precibus supplicantium, et ut presentibus desiderata concedas, fac eos quae tibi sunt placita postulare. Per.

*Fer. V. ad Sctm Silvestrum. et. III.*

**P**rostra quaesumus Domine, ut salutaribus jejunijs eruditi a noxijs etiam vitijs abstinentes propitiacionem tuam facilius impetremus. Per Dñm.

**T**ua nos Domine protectione defende et ab omni semper iniquitate custodi. Per.

*Secreta.*

**E**fficiatur hac hostia Domine quaesumus, solemnibus grata jejunijs, et ut tibi fiat acceptior, purificatis mentibus imoletur. Per.

*Post Com.*

**S**ancta tua nos Domine quaesumus, et vivificando renovent, et renovando vivificent. Per D.

*ad Populum.*

**P**opuli tui Deus institutor et rector, peccata, quibus impugnatur, expelle, ut semper tibi placatus, et tuo munimine sit securus. Per Dñm.

*Fer. VI.*

*Fer. VI. ad S<sup>m</sup> Eusebium.*

**D**eus, qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis, *P*resta quaesumus, ut Ecclesia tua aeternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxilijs. *Per.*

*Item alia.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui sic hominem condidisti, ut meliorem temporalibus beneficijs competere instructum ad caelestia dona proveheris; *P*resta quaesumus, ut sicut illicitos appetitus de indulgentia beatitudinis regione didicimus, sic per alimonia tuo munere distributa et transitoria sustinetur humanitas, et amissa recuperetur aeterna. *Per.*

*Secreta.*

**H**aec sacrificia nos Omnipotens Deus potenti virtute mundatos ad suum faciant puriores venire principium. *Per Dominum.*

*Post Com.*

**H**aec nos, quaesumus Domine, participatio sacramentis, et a proprijs reatibus indefinenter expediat, et ab omnibus tueatur adversis. *Per.*

*ad Populum.*

**A**desto Domine populis, qui sacra mysteria contigerunt, ut nullis periculis affligantur, qui Te protectore confidunt. *Per Dnm.*

*Sabb. ad S<sup>m</sup> Laur. h. c. III.*

**D**eus omnium misericordiarum, ac solius bonitatis auctor, qui peccatorum remedia jejunijs, orationibus et elemosinis demonstrasti, respice propitius in hanc humilitatis nostrae Confessionem, ut qui inclinamus conscientia nostra, tua semper misericordia erigamur.

*alia.*

*alia.*

**T**ua nos Domine quaesumus gratia, et sanctis exerceat  
veneranda jeunijs, et caelestibus mysterijs efficiat aptio-  
res. Per Dnm̄.

*Secreta.*

**O**blationibus quaesumus Domine placare susceptis,  
et ad Te nostras etiam compelle rebelles propitius  
voluntates. Per Dnm̄.

*Post Com̄.*

**T**ua nos quaesumus Domine Sancta purificent, et  
operationis tuae proficiant esse placatos. Per Dnm̄.

*ad Populum.*

**P**lebem tuam Domine quaesumus, interius exteriusq;  
restaura, ut quam corporeis non vis delectationibus  
inpediri, spirituales facias vigere proposito, et sic  
rebus foveas transitorijs, ut tribuas potius inherere  
perpetuis. Per Dnm̄ nrm̄.

*Die Dom̄. Statio ad Sctm̄ Petrum. 4. et V.*

**Q**uaesumus Omnipotens Deus familiam tuam propi-  
tius respice, ut Te largiente regatur in corpore, Te ser-  
vante custodiatur in mente. Per Dnm̄.

**D**eus qui sperantibus in Te miserere potius eligis,  
quam irasci. Da nobis digne flere quae fecimus, ut  
tua consolationis gratiam invenire mereamur. Per.

*Secreta.*

**M**unera nos Domine quaesumus, oblata purificent,  
et Te nobis jugiter faciant esse placatum. Per.

**U**. Majestatem tuam propensius implorantes,  
ut quanto magis dies salutiferae festivitatis accedit, tanto  
devotionis ad eum digne celebrandum proficiamus Paschale  
mysterium. Per . . . .

*Post Com̄.*



*Post com.*

**A**desto nobis Domine Deus noster, et quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende praesidijs. Per.

*ad Populum.*

**D**a nobis quaesumus Domine perseverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus nostris et merito et numero populus Tibi proviens augeatur. Per D.

*Fer. II. ad S<sup>m</sup> Crisogonum. eb. V.*

**S**anctifica quaesumus Domine nostra jejunia, et cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per.

**A**desto supplicationibus nostris omnipotens Deus, et quibus fiduciam speranda pietatis indulges, consueta misericordia tribue benignus effectum. Per.

*Secreta..*

**C**oncede nobis Domine Deus, ut hac <sup>o</sup>fficia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tua propitiatio Majestatis. Per D<sup>m</sup>.

*Post Com.*

**S**acramenti, quaesumus Domine, participatio salutaris, et purificationem nobis praebeat et medelam. Per.

*ad Populum.*

**B**enedictio, Domine quaesumus, in tuos fideles copiosa descendat, et quam subjectis cordibus expectant, largiter consequantur. Per.

*Fer. III. ad S<sup>m</sup> Ciriacum. eb. V.*

**N**ostra Tibi quaesumus Domine, sint accepta jejunia, quae nos expiando gratiae tuae dignos efficiant, et ad remedia perducant eterna. Per.

Ad-

**A**d afflictionem familia tua, quaesumus Domine, intende placatus, ut indulta venia peccatorum de tuis semper beneficijs gloriamur. Per.

*Secreta.*

**H**ostias Tibi, Domine, deferimus immolandas, quae temporalem consolationem significant, ut promissa non desperemus aeterna. Per.

*Post Com.*

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut quae divina sunt jugiter exsequentes donis mereamur caelestibus propinquare. Per.

*ad Populum.*

**L**ibera Domine quaesumus a peccatis et hostibus Tibi populum supplicansem, ut in Sancta conversatione viventem nullis efficiatur adversis. Per Dnm.

*Fer. III. ad S<sup>m</sup> Marcellinum.*

**S**anctificato hoc jejunio Deus tuorum corda fidelium miserator inlustra: et quibus devotionis praestas affectum, praede supplicanibus pium benignus audisum. Per.

**J**ejunia, quaesumus Domine, quae sacris exsequimur institutis, et nos a reatibus nostris semper expediant, et tuam nobis justitiam faciant esse placatam. Per.

*Secreta.*

**A**nnue misericors Deus, ut hostias placationis, et laudis, sincero Tibi deferamus obsequio. Per Dnm.

*Post Com.*

**C**aelestis Doni benedictione percepta, supplices Te Deus omnipotens deprecamur, ut hoc idem nobis et Sacramenti causa sit et salutis. Per Dnm. *ad:*

*ad Populum.*

**E**xaudi quaesumus Domine gemitum populi supplicantis, et qui de meritatum qualitate diffidimus, non iudicium sed misericordiam consequi mereamur. *Per.*

*Fer. V. ad S<sup>m</sup> Apollinarem. Heb. V.*

**T**ribue nobis quaesumus Domine indulgentiam peccatorum, ut instituta Paschalia Tibi placitis sensibus operemur. *Per D<sup>m</sup>.*

*Item alia.*

**C**oncede misericors Deus, ut sicut nobis tribuis Solemne Tibi deferre jejunium: sic nobis indulgentiae tuae praebe benignus auxilium. *Per.*

*Secreta.*

**C**oncede nobis Domine quaesumus, ut celebraturi Sancta mysteria non solum abstinentiam corporalem, sed quod est potius, habeamus mentium puritatem. *Per.*

*Post Com.*

**V**egetet nos Domine semper et innovet tua mensa libatio, qua fragilitatem nostram gubernet et protegat, et in portum perpetuae salutis inducat. *Per.*

*ad Populum.*

**S**uccurre quaesumus Domine, populo tuo supplicanti, et opem tuam tribue benignus infirmis, ut sinceram Tibi mente devoti et presentis vitae remedijs gaudeant et futura. *Per D<sup>m</sup>.*

*Fer. VI. ad S<sup>m</sup> Stephanum. Heb. V.*

**C**ordibus nostris, quaesumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicijs deputemur aeternis. *Per D<sup>m</sup>.*

*alia.*

*alia.*

**O**mnipotens sempiternae Deus Clementiam tuam suppliciter exoramus, ut qui mala semper prevenis miserando, facias tibi placitos et pijs actionibus et jejunijs salubribus explorando. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**anctifica nos, quasumus Domine, his muneribus offerendis et Paschalis observantia sufficientem nobis tribue facultatem. Per Dñm.

*Post Com.*

**S**umpti sacrificij Domine perpetua nos fuitio non relinquat, et noxia semper a nobis cuncta depellat. Per Dñm.

*ad Populum.*

**P**rotege Domine populum tuum, et in Sanctorum tuorum patrocinio confidentem perpetua defensione gubernat. Per.

*Sabbato vacat. Heb. V.*

**D**a nobis observantiam, Domine, legitima devotione perfectam, ut cum refrenatione carnalis alimonie sancta tibi conversatione placeamus. Per.

**D**eus qui juste irasceris, et clementer ignoscis, afflicti populi lacrimas respice, et iram tuae indignationis, quam juste meremur, propitiatus averte. Per.

*Secreta.*

**P**raesta quasumus omnipotens Deus, jejuniorum placatus sacrificijs, remissionis tuae nos venia prosequeris.

*Post Com.*

**A**desto Domine fidelibus tuis, et quos caelestibus reficis sacramentis, aeternis conserva periculis.

*ad Populum.*

**C**onserua quasumus Domine, populum tuum, et ab omnibus quas meremur adversis redde securum, ut tranquillitate percepta devota tibi mente deserviat. Per Dñm. **Die**

*Die Dom. ad Palmas.**Oratio ad S<sup>m</sup> Johannem in Laterano. eb. VI.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum et carnem sumere et crucem subire fecisti: Concede propitius: ut et patientia ipsius habere documentum, et resurrectionis eius consortia mereamur. Per eundem.

**D**eus, quem diligere et amare justitia est: ineffabilis gratia tua in nobis dona multiplica: et qui fecisti nos in morte filij tui sperare, qua credimus: fac nos eodem resurgente pervenire, quo tendimus. Per eundem.

*Secreta.*

**P**resta Majestati tuae, Domine, fidelis populi commendat oblatio, qua per filium tuum reconciliavit inimicos Ihesus Christus Dominus noster.

**VD.** Per quem nobis indulgentia legitur, et Pax per omne seculum predicatur, traditur cunctis credentibus disciplina ut sanctificatus nos possit dies Sanctus venturus accipere per Christum....

*Post Com.*

**P**resta nobis omnipotens Deus, ut quia vitijis subiecta nostra mortalitas, tua nos et medicina purificet, et potentior fuerit. Per D<sup>m</sup> nostrum.

*ad Populum.*

**P**urifica, quaesumus Domine, familiam tuam, et ab omnibus contagijs pravitatis emunda, ut redempta vasa sui Domine passionem non spiritus immundus rursus inficiat, sed salvatio sempiterna possideat. Per.

*Benedictio Palme.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui in diluvio Noe famulo tuo ostendisti effusionem, ut per horem columbae gestantis

gestantis ramos olivæ pacem terræ redditam nunciavit:  
 Te supplices deprecamur, ut hanc creaturam olivæ,  
 quam ante conspectum gloriæ tuæ offerimus, veritas  
 tuæ sanctificet, ut qui devotus populus in manibus  
 suscipiens benedictionis tuæ gratiam consequi merea-  
 tur. Per Dñm.

*Fer. II. ad Scōs Nereum et Achilleum. eb. VI.*

Da quæsumus Omnipotens Deus, ut qui in tot  
 adversis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente  
 unigeniti filij tui passione respiciamus. Per Dñm.

*alia.*  
 Da misericordia, ut quod in tui filij passione mun-  
 dus exercuit, salvatorem nobis fideliter sentiamus. Per.

*Secreta.*

Respice Domine propitius sacra mysteria, quæ  
 gerimus, et quod ad nostra evacuanda præjudicia  
 misericors providisti, vitam nobis tribue fructificare  
 perpetuam. Per Dñm.

*Post Com.*

Sacramentorum tuorum benedictione satiati, quæsu-  
 mus Domine, ut per hec mundemur a vitijs. Per Dñm.

*ad Populum.*

Tua nos misericordia, Deus, et ab omni subreptione  
 vetustatis expurget, et capaces sanctæ novitatis efficiat.  
 Per Dñm.

*Fer. III. ad Scām Priscam. eb. VI.*

Omnipotens sempiternæ Deus, Da nobis ita Domi-  
 nicæ Passionis sacramenta peragere, ut indulgentiam  
 percipere mereamur. Per Dominum.

*alia.*

*alia.*

**F**ac Omnipotens Deus, ut quae veraciter facta recurrimus, in nostrum transire remedium gratulemur.

Per.

*Secreta.*

**G**rata tibi sint, Domine, munera, quibus mysteria celebranda nostra libertatis et vitae. Per.

*Post Com.*

**R**epleti Domine sacri muneris gratia supplices exoramus, ut quae gustu corporeo dulci veneratione contigimus, dulciora mentibus sentiamus. Per.

*ad Populum.*

**R**eminiscere miserationum tuarum Domine, et famulos tuos aeterna protectione sanctifica, pro quibus Iesus Christus filius tuus per suam crucis passionem nobis instituit Paschale mysterium. Per eundem.

*Fer. III. ad Scam Mariam. eb. VI.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui nostris excessibus incessanter affligimur, per unigeniti tui passionem liberemur. Per.

**D**eus, qui nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per Dominum.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui Christi tui beatae Passionis nos reparas, conserva in nobis opera misericordiae tuae, ut in huius celebritate mysterij perpetua devotione vivamus. Per Dnm.

**P**raesta quaesumus Omnipotens et misericors Deus,  
ut

ut sicut in condemnatione filij sui Salus omnium fuit  
 piaculum perfidorum: ita per misericordiam suam com-  
 munitis sit cultus iste credentium. Per Eundem.

*Secreta.*

**S**uscipe, quaesumus Domine, munus oblatum, et  
 dignanter operare: ut quod Passionis mysterium ge-  
 rimus, pijs affectibus consequamur. Per Dñm.

*Post Com.*

**L**argire, quaesumus, sensibus nostris omnipotens Deus,  
 ut per temporalem Filij sui mortem, quam mysteria  
 veneranda testantur, vitam Te nobis dedisse perpetuam  
 Confidamus. Per Eundem.

*ad Populum.*

**R**espice Domine quaesumus, super hanc familiam tuam,  
 pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitavit  
 manibus tradi nocentium, et Crucis subire tormentum. Per D.

*FR. V. ad Canam Dñi. ad Missam Sacram.*

**D**eus, a quo et Judas proditor reatus sui poenam, et  
 Confessionis suae latro premium sumpsit: Concede nobis  
 tuae propitiationis effectum, ut sicut Passione sua Iesus  
 Christus Dominus noster diversa utriusque intulit stipendia  
 meritorum; ita nobis ablato vetustatis errore resurrectio-  
 nis suae gratiam largiatur. Qui tecum.

*Secreta.*

**I**pse tibi, quaesumus Domine Sancte Pater Omnipotens,  
 aserne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui  
 discipulis suis in sui commemorationem hoc fieri hodi-  
 erna Traditione monstravit Iesus Christus filius tuus.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes, et Diem sacratissimum celebrantes,  
 quo



quo Dominus noster Iesus Christus pro nobis est traditus; sed et memoriam venerantes . . . .

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster Iesus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebranda: quaesumus Domine, ut placatus accipias, . . . .

*Post Com.*

**R**efecti vitalibus alimentis, quaesumus Domine Deus noster, ut quod tempore nostrae mortalitatis exequimur, immortalitatis tuae munere consequamur. Per Dñm.

**FR. VI. Oration. quae dicenda sunt**

*ad S. majorem Mariam in hierusalem.*

**D**eus, a quo et Judas proditor reatus sui poenam et Confessionis suae latro premium sumpsit: Concede nobis pie petitionis effectum, ut sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum; ita nobis, ablatovehustatis errore, et resurrectionis suae gratiam largiatur. Qui tecum.

*Deinde sequitur Oratio.*

*Sequitur Lect. III in Iose.*

*Deinde sequitur Resp. Dñe Exaudi Orat.*

**D**eus, qui peccati veteris hereditariam mortem, in qua posteritatis genus omne successerat, Christi tui Domini nostri passione solvisti; Da, ut conformes eidem facti sicut imaginem terrena naturae necessitate portavimus; ita imaginem caelestis gratiae sanctificatione portemus. Christi Domini nostri, Qui tecum . . .

*Deinde*

Deinde Sequitur Lectio in Exodi. Postea  
*R.* Domine audiui. Item Sequitur Evangel.  
*Papio.* Dñi Secundum Iohan. Deinde  
 Sequitur Orat. Solemn.

**O**remus, Dilectissimi nobis, imprimis pro Ecclesia  
 Sancta Dei, ut eam Deus et Dominus noster pacifi-  
 care, adunare, et custodire dignetur toto orbe terrarum:  
 subiciens ei principatus, et potestates; detque nobis  
 tranquillam et quietam vitam degentibus, glorificare  
 Deum Patrem omnipotentem. *Oremus.*

*Et adveniat Diac. Flectamus genua.*  
*Et iterum dicit: Levate.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui gloriam tuam  
 omnibus in Christo gentibus revelasti: custodi opera  
 misericordiae tuae, ut Ecclesia tua toto orbe diffusa  
 stabili fide in confessione tui nominis perseveret.  
*Per eundem.*

**O**remus et pro Beatissimo Papa nostro Sedis apos-  
 tolica *it.* et pro Antistite nostro *itt.* ut Deus Om-  
 nipotens salvos et incolomes custodiat Ecclesia sancta,  
 qui elegit eos in ordine Episcopatus ad regendum  
 populum Sanctum Dei. *Oremus.*

*Et adveniat Diac. ut supra.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, cuius aeterno iudicio  
 universa fundantur: respice propitius ad preces nos-  
 tras, et electum a te nobis antistitem tua pietate  
 conserva: ut Christiana plebs, quae tali gubernatur  
 auctore, sub tanto Pontifice, credulitatis suae meritis  
 augeatur. *Per Dominum nostrum. R. Amen.*  
*Oremus*

**Oremus** et pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diac. Subdiaconis, acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Officiariis, Confessoribus, Virginibus, viduis, et pro omni populo sancto Dei. **Oremus.**

*Et adnuntiatur Diac. ut supra.*

**Omnipotens** sempiternus Deus, cuius spiritu totum Corpus Ecclesie sanctificatur et regitur: Exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes, ut gratia tua munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per.

**Oremus** et pro Christianissimis Imperatoribus nostris, vel Rege nostro illi. ut Deus et Dominus noster subditis illis faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem. Per. **Oremus.**

*Diac. ut supra.*

**Omnipotens** sempiternus Deus, qui regnis omnibus eterna potestate dominaris, respice propitius ad Romanorum atque Francorum benignus imperium, ut gentes, quae in sua feritate confidunt, potentiae tuae dextera comprimantur. Per.

**Oremus** et pro catechumenis nostris, ut Deus et Dominus noster aperiat aures precordiorum eorum, januamque misericordiae: ut per lavacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum digni inveniantur in Christo Iesu Domino nostro. **Oremus.**

*Diac. ut supra.*

**Omnipotens** sempiternus Deus, qui Ecclesiam tuam nova semper prole facundas; auge fidem et intellectum catechumenis nostris, ut renati fonte Baptismatis, adoptionis tuae filii adgregentur. Per.

**Oremus**, Dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat.

auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula  
dissoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus sani-  
tatem: navigantibus portum salutis indulgeat, et pacem  
tribuat in diebus nostris. Per. **Oremus.**

*Diac. ut Supra.*

**O**mnipotens et misericors Deus, mefforum consolatio,  
laborantium fortitudo: perveniant ad te preces de qua-  
cumque tribulatione clamantium: ut omnes tibi in neces-  
sitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per.

**Oremus,** et pro hereticis et scismaticis, ut Deus et  
Dominus noster eruat nos ab erroribus universis: et ad  
Sanctam Matrem Ecclesiam Catholicam atq; apostolicam  
revocare dignetur. **Oremus.**

*Diac. ut Supra.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui Salvas omnes, et  
neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude  
deceptas: ut omni heretica pravitate depulsa, et erran-  
tium corda resipiscant, et ad veritatis tua redeant fir-  
mitatem. Per D.

**Oremus,** et pro perfidis judaïs, ut Dominus et Deus  
noster auferat velamen de cordibus eorum, ut et ipsi cog-  
noscant Ihesum Christum Dominum nostrum. **Oremus.**

*Diac. ut Supra.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui etiam judaicam  
perfidiam a tua misericordia non repellis: Exaudi preces  
nostras, quas pro illius populi oblatione deferimus, ut  
agnita veritatis tua luce, qua Christus est, a suis tenebris  
eruantur. Per Eundem...

**Oremus** et pro paganis: ut Deus omnipotens auferat  
iniquitatem a cordibus eorum: ut relictis idolis suis con-  
vertantur ad Deum verum et unicum filium eius Ihesum  
Christum

Christum Dominum nostrum, cum quo vivit et regnat  
in unitate Spiritus Sancti per omnia secula seculorum  
amen. *Oremus.*

*Diacon. ut supra.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui non mortem pec-  
catorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius  
orationem nostram, et libera eos ab idolorum cultura,  
et adgrega Ecclesia tua sancta, ad laudem et gloriam No-  
minis tui. *Per.*

*His orationibus supra scriptis expletis ingrediuntur  
Diaconi in Sacrario, et procedunt cum Corpore  
et Sanguine Domini, quod ante die remansit;  
Et ponunt super Altare. Et venit sacerdos ante  
Altare adorans Crucem Dni, et osculans, et  
dicit: Oremus, et sequitur: preceptis salutaribus  
Moniti, et orat. Dominica. Inde libera nos  
quae sumus Domine. His omnibus expletis adorant  
omnes sanctam Crucem, et communicant.*

*Post Communionem.*

**R**efecti vitalibus alimentis, quae sumus Domine, quod  
tempore nostra mortalitatis exsequimur, in immortalitatis  
suae munere consequamur. *Per.*

*ad Populum.*

**A**desto Domine propitius plebi tuae, et temporali  
consolatione non deseras, quam vis ad aeterna contem-  
dere. *Per Dnm.*

*ad Ceram Benedicendam.*

**E**xultet jam angelica turba caelorum: Exultent divina  
mysteria: et pro sancti Regis victoria, tuba insonet salutaris.  
gaudeat et tellus se sanctis stellis irradiata fulgoribus:  
et aeterni Regis splendore illustrata, totius orbis se  
sentiat amississe caliginem. Letetur et mater Ecclesia  
sancti

Santi luminis adornata fulgore, et magnis populorum  
 vocibus hac aula resultet. Quapropter adstantibus vo-  
 bis, Fratres Karissimi, ad tam miram Sancti huius  
 luminis claritatem, unà mecum, quaeso, Dei omnipo-  
 tentis misericordiam invocate. ut qui me non meis  
 meritis intra Levitarum numerum dignatus est adgre-  
 gare: luminis sui gratiam infundens, Cereri huius laudem  
 implere precipiat. Per Dominum . . . .

*V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.*

*V. Sursum corda. R. Habemus ad Dominum.*

*V. Gratias agamus Domino Deo nostro.*

*R. Dignum et iustum est.*

**VD** Vere quia dignum et iustum est, ut invisi-  
 bilem Deum omnipotentem Patrem, filiumque uni-  
 genitum Dominum nostrum Iesum Christum, toto cordis  
 ac mentis affectu, et vocis ministerio personare. Qui pro  
 nobis aeterno Patri Ada debitum solvit: et veteris piaculi  
 cautionem pio cruore detergit. Haec enim sunt festa  
 Paschalia gaudiorum, in quibus verus ille agnus occi-  
 ditur, eique sanguis <sup>ine</sup> postibus consecratur. Haec nox  
 est, in qua primum Patres nostros filios Israël eductos  
 de egypto, rubrum mare sicco vestigio transire fecisti.  
 Haec igitur nox est, qua peccatorum tenebras Columnae  
 illuminatione purgavit. Haec nox est, quae hodie per  
 universum mundum, in Christo credentes, a vitijis saeculi  
 segregatos et caligine peccatorum reddit gratia, sociat  
 sanctitati. Haec nox est, in qua destructis vinculis  
 mortis, Christus ab inferis victor ascendit. Nihil enim  
 nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira  
 circa nos tuae pietatis dignatio! O inestimabilis dilectio  
 Caritatis:

Caritatis: ut servum redimeres, filium tradidisti: O certe  
 necessarium ad peccatum, quod Christi morte deletum est!  
 O felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere redempto-  
 rem. O Beata nox, quae sola meruit scire tempus et horam,  
 in qua Christus ab inferis resurrexit. Haec nox est, de qua  
 Scriptum est: Et nox et dies inluminabitur: et nox inlumi-  
 natio mea in delicijs meis. Hujus igitur Sanctificatio noctis  
 fugat scelera, culpas lavat, et reddit innocentiam lapsis,  
 et massis leticiam. Fugat odia, Concordiam parat, et  
 curvat imperia.

In hujus igitur Noctis gratia, suscipe Sancte Pater,  
 incensi hujus sacrificium vespertinum, quod Tibi in hac  
 Cerei oblatione solemni, per ministrorum manus de  
 operibus apum sacrosancta reddit Ecclesia. Sed jam  
 Columnae hujus preconia novimus, quam in honorem Dei  
 rutilans ignis accendit.

Qui licet divisus in partes, mutuati tamen luminis  
 detrimenta non novit. Aliter enim liquentibus ceris,  
 quas in substantiam pretiosa hujus lampadis, apis  
 Mater eduxit. Apis ceteris quae subjecta sunt,  
 humanis animantibus antecellit; cum sit minima corporis  
 parvitate ingentes animos angusto versat in pectore  
 viribus inbecillis, sed fortis ingenio, haec explorata tem-  
 porum vice cum caniciem pruinosae hiuerna profue-  
 rint et glaciali senio verni temporis moderata de-  
 ferat. statim prodeundi ad laborem cura succedit,  
 dispersequae per agros libratis paululum pennis  
 cruribus suspensis insidunt, parce hore legere flos-  
 culos, onerati victualibus suis ad castra remaneant,  
 ibique aliae inestimabili arte cellulas tenaci glutino  
 instruunt: aliae liquanti mella stipant: aliae vertunt  
 flores

flores in cora: alia ore natus figunt: alia collectum  
 e folijs nectar ingludunt. O vere Beata et mirabilis  
 apis, cuius nec Sexum masculini violant foetus non  
 quassat, nec filij destruant castitatem, Sicut Sancta  
 concepit Virgo Maria, Virgo peperit, et Virgo permansit.)

O vere Beata Nox, quae expoliavit Egyptios, ditavit  
 hebreos! Nox, in qua terrenis caelestia junguntur, hu-  
 manis divina. Oramus Te Domine: ut Cereus iste  
 in honorem Nominis tui consecratus, ad noctis huius ca-  
 liginem destruendam indeficiens perseveret; Et in odo-  
 rem suavitatis acceptus, supernis luminaribus miscetur.  
 Flamas ejus lucifer matutinus inveniat. Ille, inquam,  
 lucifer, qui nescit occasum. Ille, qui regressus ab in-  
 feris, humano generi serenus inluxit. Precamur  
 ergo Te Domine: ut nos famulos tuos, omnemque Clerum,  
 et devotissimum populum, una cum Patre nostro  
 Beatissimo viro ill. nec non et Clementissimo Rege  
 nostro ill. Coniugeque ejus, ac filijs, cunctoque Exercitu  
 Francorum, quiete temporum concessa, in his Pascha-  
 libus gaudijs conservare digneris. Per Dnm.

**S**ancte Domine Omnipotens Deus, qui ad nostram  
 contemplationem tenebrarum haec in mundi huius obscuri  
 luminaria micare iussisti, Praesta; ut dum ad illum  
 aeternitatis diem unigeniti tui properamus, occursum  
 ad hanc interim quam tenebras preparasti lucernam,  
 dum nox ista transcurritur, sine peccatorum offendiculo  
 ambulemus. Per.

**D**eus Templum ignis aeterni, Deus vera lucis habitacu-  
 lum, Deus sedis perpetuae claritalitatis vota tibi Dne  
 Solemnia diei Consumationis et Noctis inchoationis  
 celebramus,



celebramus, ac luminibus altaris tui incensis temporalium lumen offerentes, ut famulis tuis verbum ac perenne lumen largiaris oramus. Per.

*Orationes et Preces per Singulas Lect.  
in Sabbato Sancto.*

**D**eus, qui divitias misericordiae tuae in hac praecipua nocte largiaris, propitiatio universo ordini sacerdotalis officij et omnes gradus famulatus nostri perfecta delictorum remissione sanctifica, ut ministras tuas regeneratrices gratia tua nulli esse obnoxios patiaris offensa. Per.

*Sequitur Lect. I. In principio....*

**D**eus, qui mirabiliter creasti hominem, et mirabilias redemisti, Da nobis, quosumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione persistere: ut mereamus ad gaudia aeterna pervenire. Per.

*Sequitur Lect. II. de Noe....*

**D**eus incommutabilis virtus, et lumen aeternum: respice propitius ad totius Ecclesiae tuae mirabile sacramentum, et opus salutis humanae, perpetuae dispositionis effectum tranquillius operare: totusque mundus experiat, et videat, dejecta erigi, inveterata renovari, et per ipsum redire omnia in integrum, a quo sumpsere principium. Per Dnm.

*Sequit. Lect. III. de Abraham....*

**D**eus fidelium Pater sume, qui in toto orbe Terrarum, promissionis tuae filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, et per Paschale sacramentum, Abraham puerum

puerum tuum universarum, sicut jurasti, gentium  
 efficit Patrem: Da populis tuis digne ad gratiam tuæ  
 vocationis intrare. Per Dñm.

*Sequitur in Exodo III. cum Cant. Cantemus Dño..*

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris seculis  
 coruscant: dum quod uni populo, a persecutione  
 aegyptiaca liberando, dextera tua potentia contulisti,  
 id in salutem gentium per aquam regenerationis opera-  
 ris; Præsta, ut et in abraha filios, et in Israëliticam  
 dignitatem totius mundi transeat plenitudo. Per D.

*Sequitur in Esaia V. Hac est hereditas servorum..*

Omnipotens sempiternæ Deus, multiplica in honorem  
 Nominis tui quod Petrum fidei spondidisti: et pro-  
 missionis filios sacra adoptione dilata: ut quod priores  
 Sancti non dubitaverunt futurum, Ecclesia tua magna  
 jam ex parte cognoscat impletum. Per D.

*Sequitur in hieremia VI. audi Israël mandata..*

Deus, qui Ecclesiam tuam semper gentium voca-  
 tione multiplicas: concede propitius, ut quos aqua  
 Baptismatis abluis, continua protectione tuearis.  
 per Dñm.

*Sequitur in Ezechiel. VII. facta est Super...*

Deus, qui nos ad celebrandum Paschale sacramentum,  
 utriusque Testamenti paginis induisti: Da nobis in-  
 telligere misericordias tuas, ut ex perceptione pre-  
 sentium munerum, firma sit expectatio futurorum.  
 Per Dñm.

*Sequitur*

*Sequitur in Isaia VIII. cum Cant. Vineae factae.*

**D**eus, qui in omnibus Ecclesiae tuae filiis, sanctorum prophetarum voce manifestasti, in omni loco dominationis tuae, laborem te bonorum seminarum, et electorum palmitum esse cultorem: Tribue quaesumus populis tuis, qui et vinearum apud te nomine censentur et segetum: ut strumarum et tribulorum squalore refecato, digna efficiantur fruge secundi. Per Dnm.

*Sequitur in Exodo VIII. Dixit Dnus ad Moysen...*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es, intelligant redempti tui, non fuisse excellentius, quod initio factus est mundus, quam quod in fine seculorum Pascha nostrum imolatus est Christus. Per Dnm.

*Sequitur X. de Iona.*

**D**eus, qui diversitatem omnium gentium in Confessione tui nominis unum esse effecisti: Da nobis et velle et posse quod precipis, ut populo ad aeternitatem vocato una sit fides et pietas actionum. Per Dnm.

*Sequitur XI. deuteronomio. cum Cantico: adfonde calum.*

**D**eus celsitudo humilium, et fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysen puerum tuum ita erudire populos tuos Sacri Carminis tui decantatione voluisti, ut illa legis iteratio, fieret etiam nostra directio: Excita in omnem justificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, et da laetitiam mitigando errorem: ut omnium peccatis tua remissione deletis, quod denuntiatum est in ultionem, transeat in salutem. Per Dnm.

*Sequitur in Danihel. XII. Nabuchodonosor Rex...*

**O**mnipotens sempiternae Deus spes unica mundi, qui  
Prophete

Prophetarum tuorum preconio, presentium tempo-  
rum declarasti mysteria; auge populi tui vota placa-  
tus: quia in nullo fidelium, nisi ex tua inspiratione,  
proveniunt quarumlibet incrementa virtutum. Per.

*Orat. in psalmo quadragesimo I.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, respice propitius  
ad devotionem populi renascentis, qui sicut cervus,  
aquarum expectat fontem; Concede propitius, ut  
fidei ipsius fides, baptismatis mysterio animam cor-  
pusque sanctificet. Per Dñm.

*Inde descendis cum Letan. ad fontem.*

*Oratio ad Missam in Nocte Sancta ad Lateran.*

**D**eus, qui hanc sacratissimam Noctem gloria Do-  
minica resurrectionis inlustras: Conserua in nova fa-  
milia tua progenie adoptionis spiritum, quem dedisti:  
ut corpore et mente renovati puram tibi exhibeant  
servitutem. Per eundem Dñm.

**D**eus, qui per unigenitum tuum aeternitatis nobis  
aditum devicta morte reserasti; Da nobis, quae su-  
mus, ut qui resurrectionis Dominica solemnia colimus,  
per innovationem tui spiritus a morte animae resur-  
gamus. Per Dñm.

*Refacio. Postcom. ut in die sacro.*

*Secreta.*

**S**uscipe, quaesumus Domine, et plebis tuae et tuorum  
hostias renatorum, ut et Confessione tui Nominis et  
Baptismate renovati sempiternam beatitudinem  
consequantur. Per Dñm.

**U**D. adest enim nobis optatissimum tempus, et  
desiderata

desiderata Noctis lumen advenit, quid enim majus vel melius inveniri poterit, quam Domini resurgentis predicare virtutem. Hic namque inferorum claustra disrumpens clarissima nobis hodie suae resurrectionis vexilla suscepit, atque hominem remeans invidi inimici dejectum mirantibus intulit astris. O Noctis istius mystica et veneranda commercia! O Sanctae Matris Ecclesiae pia sempiterna beneficia! Non vult habere, quod perimat, sed cupit invenire, quod redimat. Exultavit Maria in sacratissimo puerperio: Exultat Ecclesia in filiorum suorum generationis specie. Sic fons ille Beatus, qui Dominico lateri circumfluxit, moles excepit vitiorum, ut his sacris altaribus vitales escas perpetua vita conferat renatorum. Et ideo....

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes et Noctem sacratissimam celebrantes resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem! Sed et memoriam.....

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quaesumus Domine, ut placatus accipias....

*Post Com.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut divino munere satiati et sacris mysteriis immovemur et moribus. Per D.

**D**igne nos tuo Domini, quaesumus Domine, famulari, salutaris cybus et sacer potus instituit, et renovatione conditionis humanae, quem mysterio continet, in nostris jugiter sensibus aperitur. Per Dm. Dom.

*Dom̄. Sancta ad Sc̄m Mariam.*

**D**eus, qui hodierna die per unigenitum tuum eterni-  
tatis nobis aditum devicta morte referasti; vota nostra,  
qua praveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere.  
Per eundem.

**D**eus, qui Paschale nobis remedium contulisti, popu-  
lum tuum caelesti dono prosequere, ut inde post in per-  
petuum gaudeat, unde nunc temporabiliter exultet.  
Per eundem.

*Secreta.*

**S**uscipe Domine quaesumus, preces populi tui cum  
oblationibus hostiarum, ut paschalibus initiata mysterijs  
ad aternitatis nobis medelam, Te operante, proficiant.  
Per Dnm̄.

**U** Te quidem omni tempore, sed in hoc praecipue  
laudare, benedicere, et predicare, cum Pascha nostrum  
immolatus est Christus. Per quem in eternam vitam  
filijs lucis oriuntur, fidelibus regni caelestis atria refe-  
rantur, et beati lege commercij divini humana mutantur,  
quia nostrorum omnium mors Cruce Christi perempta est,  
et in resurrectione ejus omnium vita resurrexit, quem  
in susceptione mortalitatis Deum Majestatis agnoscimus,  
et in divinitatis gloria Deum et hominem confitemur,  
qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam re-  
surgendo restituit Iesus Christus Dominus noster. Uides...

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes et diem sacratissimum celebrantes  
resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum  
carnem. Sed et memoriam...

*Hanc igitur... ut supra. Post Communionem.*

**S**piritus in nobis Dne tua caritatis infunde, ut quos  
Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordare. Per D.  
ad

*ad populum.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, custodi opera misericordiae tuae, et suavitate corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi unigeniti filij tui nostris infunde pectoribus. Per eundem.

*ad S<sup>m</sup> Johannem ad Vesp.*

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus, ut qui resurrectionis Dominicae solemnia colimus, innovatione sui spiritus a morte animae resurgamus. Per eundem.

*ad Fontes.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui resurrectionis Dominicae solemnia colimus, ereptionis nostrae suscipere leticiam mereamur. Per eundem.

*ad S<sup>m</sup> Andream.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut <sup>qui</sup> gratiam Dominicae resurrectionis agnovimus, ipsi per amorem spiritus a morte resurgamus. Per.

**D**eus, qui nos fecisti hodierna die Paschalia festa celebrare, fac nos quaesumus in caelesti regno gaudere. Per.

*FR. II.*

**D**eus, qui solemnitatem Paschali mundo remedia contulisti, populum tuum, quaesumus, caelesti dono prosequere, ut et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam. Per. Inm.

**P**aschale mysterium recensentes apostolorum Domine beatorum precibus foveamur, quorum mysterium cognovimus exsequendum. Per.

*Secreta.*

**P**aschales hostias recensentes, quaesumus Domine, ut quod frequentamus actu, comprehendamus affectu. Per. D.

**U** *nos predicare clementiam tuam, ut ad celebrandum digne Paschale mysterium beatorum apostolorum precibus adjuvemur, ut quorum predicatione haec credenda suscipimus, eorum patrocinij fideliter exequamur. Per Christum Dnm.*

*Post Com.*

**I** *mpleatur in nobis, Domine quaesumus, Sacramenti Paschalis Sancta libatio, nosque de terrenis affectibus ad caeleste transferat institutum. Per.*

*ad vesp̄.*

**C** *oncede quaesumus omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, a cunctis malis imminentiibus per haec Paschalia festa liberemur. Per.*

*ad Fontes.*

**C** *oncede quaesumus omnipotens Deus, ut festa Paschalia, quae venerando colimus, etiam vivendo teneamus. Per Dnm.*

*ad S. andream.*

**D** *eus, qui populum tuum de hostis callidi servitute liberasti, preces ejus misericorditer respice, et adversantes ei tua virtute prosterne. Per Dnm.*

*FR. III. ad S. Paulum.*

**D** *eus, qui Ecclesiam tuam novo semper fetu multiplicas, Concede famulis tuis, ut sacramentum vivendo teneant, quod fide percipiebant. Per.*

**D** *eus, qui Ecclesiae tuae redemptor atque perfectior, haec quaesumus, ut apostolorum precibus Paschalis Sacramenti dona capiamus, quorum nobis ea tribuisti majestero predicari. Per.*

*Secreta.*



*Secreta.*

**S**uscipe, quaesumus Domine, Oblationes familiae tuae  
et sub tuae protectionis auxilio, et conlata non per-  
dant, et ad aeterna dona perveniant. Per.

**VD.** Qui oblatione sui corporis remotis sacrificiis  
Carnalium victimarum Seipsum Tibi pro salute nostra  
offerens idem Sacerdos et facer Agnus exhibuit. Per  
quem .....

*Hanc igitur. ut Supra.*

*Post Communionem.*

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus, ut Paschalis  
perceptio sacramenti continua in nostris mentibus per-  
severet. Per Dñm.

*ad Vesper.*

**C**oncede quaesumus Omnipotens Deus, <sup>qui</sup> ut Paschalis  
festivitatis solemnia colimus, in tua semper sanctifi-  
catione vivamus. Per.

*ad Fontes.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut per haec  
Paschalia festa, qua colimus, devoti in tua semper  
laude vivamus. Per Dñm.

*FR. III. ad Sctm Laurentium.*

**D**eus, qui nos resurrectionis Dominica annua so-  
lempnitate letificas: Concede propitius, ut per  
temporalia festa, qua agimus, pervenire ad gaudia  
aeterna mereamus. Per Eundem.

**D**eus qui solempnitate Paschali caelestia mundo  
remedia benignus operaris, annua festivitatis huius  
dona prosequere, ut observantia temporalis ad vitam  
proficiat sempiternam. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**S**acrificia, Domine, Paschalibus gaudijs immo-  
lata dignanter adsume: quibus Ecclesia tua mirabi-  
liter et pascitur et nutritur. Per Dñm.

*Confessatio.*

**U**. Circumdantes altaria tua Domine virtu-  
tum, et in ipsius Agni immaculati agnitione glorian-  
tes, que ipsum pro nobis obtulit immolandum, et  
corpore ejus et sanguine, quo a peccatis redempti  
sumus, ad eternam vitam sacrificijs celestibus  
pascamur. Per.

*Hanc igitur.. ut supra.*

*Post Communionem.*

**A**d omni nos, quaesumus Domine, vetustate pur-  
gatos: Sacramenti tui veneranda perceptio in novum  
transferat creaturam. Per D.

*ad vesp̄es.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut hujus  
Paschalis festivitatis mirabile Sacramentum, et  
temporalem nobis tranquillitatem tribuat, et vitam  
conferat sempiternam. Per.

*ad Fontem.*

**D**eus, qui nos per paschalia festa letificas,  
concede propitius, ut ea, que devote agimus, te  
adjuvante fideliter teneamus. Per.

*ad S̄m Andream.*

**T**ribue quaesumus omnipotens Deus, ut illuc tendat  
christiana devotionis effectus, quo tecum est nostra  
substantia.

*FR. V. ad S̄cos Apostolos.*

**D**eus, qui diversitatem gentium in Confessione Tui  
Nominis

Nominis adunasti: Da, ut renatis fonte Baptismatis,  
una sit fides mentium et pietas actionum. Per Dñm.

**D**eus, qui multiplicas sobolem renascentium, fac  
eos gaudere propitius de suorum venia peccatorum. Per.

*Secreta.*

**S**uscipe, quaesumus Domine, munera populorum  
suorum propitius: ut Confessione tui Nominis et Baptis-  
mate renovati, sempiternam beatitudinem consequan-  
tur. Per Dñm.

**UT** Quia vehustate destructa renovantur uni-  
versa dejecta, et vite nobis in Christo reparatur in-  
tegritas, Per Christum ...

*Hanc igitur... ut supra.*

*Post Comunionem.*

**E**xaudi Domine preces nostras, ut redemptionis  
nostrae sacrosancta commercia, et vite nobis conferant  
presentis auxilium, et gaudia sempiterna concilient.  
Per Dñm.

*ad Vesper.*

**D**eus, qui nobis ad celebrandum Paschale sacramen-  
tum liberiores animos praestitisti; Dote nos et me-  
tuere quod irasceris, et amare quod precipis. Per.

*ad Fontes.*

**D**a quaesumus omnipotens Deus, ut Ecclesia tua  
et suorum firmitate membrorum, et nova semper  
secunditate letetur. Per.

*ad Sctm Andream.*

**M**ultiplica, quaesumus Domine, fidem populi  
tui, et cuius per Te sumpsit initium, per Te consequan-  
tur. Per.

**FR. VI. ad Scān Mariam ad Martyres.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanae fœdere contulisti: Da mentibus nostris, ut quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dñm.

**D**eus, quia caeleste regnum non nisi renatis ex aqua et Spiritu Sancto pandis introitum, auge semper super famulos tuos gratiae tuae dona, ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis, a nullis fraudentur promissis. Per.

**Secreta.**

**H**ostias, quaesumus Domine, placatus assume, quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus, et pro haccelestis auxilij. Per.

**U**. Qui secundum promissionis suae incommutabilem veritatem caelestis Pontifex factus in aeternum solus omnium sacerdotum peccati remissionem non negavit, sed potius peccatum mundi id est verus agnus abstersit, Per Christum . . .

**Post Com.**

**R**espice, quaesumus Domine, populum tuum, et quem aeternis dignatus es renovare mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolve. Per.

**ad Vesp̄es. int̄it.**

**D**eus, per quem nobis et redemptio venit et praestatur adoptio, respice in opera misericordiae tuae, ut in Christo renatis et aeterna tribuatur hereditas, et vera libertas. Per Dñm.

**ad Fontes.**

**A**desso, quaesumus Domine, familiae tuae et dignanter impende, ut quibus fidei gratiam contulisti, et coronam largiaris aeternam. Per Dñm.

**Sab.**

*in albis.*  
**Sab. ad S<sup>m</sup> Joh<sup>m</sup>. in Laterano.**

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus, ut qui festa Paschalia venerando egimus, per haec contingere ad gaudia aeterna mereamur. Per.

**D**eus, qui innocentia restitutor et amator, dirige ad Te suorum corda famulorum, ut, quos de infidelitatis tenebris liberaisti, numquam a tua veritatis luce discedant. Per.

**Secreta.**

**C**oncede, quaesumus Domine, Semper nos per haec mysteria paschalia gratulari, ut continua nostra reparationis operatio, perpetua nobis fiat causa letitiae. Per.

**VD.** Nos Te suppliciter obsecrare, et Iesum Christum Dominum nostrum, cuius muneris pignus accepimus, manifesta dona comprehendere videamus, utque nobis fideliter speranda paschale contulit Sacramentum, adtingere mereamur resurrectionis Dominicae firmitatem, Per Christum ...

*Hanc igitur... ut supra.*

*Post Com.*

**R**edemptionis nostrae munere vegetati, quaesumus Domine, ut hoc perpetuae salutis auxilium et fides semper vera perficiat. Per.

*ad Vesp̄.*

**D**eus totius conditor creaturae famulos tuos, quos fonte renovasti baptismatis, quosque gratiae tuae plenitudine solidasti, in adoptionis sortem facias dignanter adscribi.

*ad Fontes.*

**D**eus, qui multiplicas Ecclesiam tuam in sobole renas-

renascentium, fac eam gaudere propitiā de suorum  
profectibus filiorum.

*Die Dom̃. post alb̃is.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui festa  
Paschalia peregrimus, nec de largiente moribus et  
vita teneamus. Per D.

**D**eus, qui renatis fonte Baptismatis mortem adi-  
mis, et vitam tribuis sempiternam: Concede quaesumus,  
ut quorum nunc regenerationis sacra diem celebramus  
octavum; ita corpora eorum animasque defensione  
cognoscant. Per.

*Secreta.*

**S**uscipe munera, quaesumus Domine, exultantis  
Ecclesiae: et cui causam tanti gaudij prestitisti, per-  
petuae fructum concede letitiae. Per D.

**U**nde suppliciter obsecrantes, ne nos ad illum  
Sinas redire actum, cui jure dominatur inimicus,  
sed in hac potius proficias absolute peristere, per  
quam diabolus exhibit filio suo vincente captivus,  
Per Christum...

*Hanc igitur... ut supra.*

*Post Com̃s.*

**M**aiestatem tuam Domine supplices exoramus, ut  
quos viam fecisti perpetuae salutis intrare, nullis  
permittas errorum laqueis implicare. Per.

**E**xuberet, quaesumus Domine, mentibus nostris Pascha-  
lis gratia Sacramenti, ut donis suis ipsa nos dignos  
efficiat. Per. *ad*

*ad Vesp̄r. ad Sc̄os Cosme et Damiani.*

**D**eus, qui nos exultantibus animis Pascha tuum celebrare tribuisti: fac nos, quaesumus, et temporalibus gaudere subsidijs, et aeternitatis effectibus gratulari. Per Dñm.

*Item alia Orat. Paschat.*

**D**eus, qui omnes in Christo renatos genus regium et sacerdotale fecisti: Da nobis et velle et posse, que precipis, ut populo ad aeternitatem vocato una sit fides cordium et pietas actionum. Per.

**D**eus, qui credentes in Te fonte Baptismatis innovasti, hanc renatis in Christo concede custodiam, ut nullo errore in Christo gratiam tuae benedictionis amittant. Per.

**D**eus, qui pro salute mundi sacrificium paschale fecisti, propitiare supplicationibus nostris, ut interpellat pro nobis Pontifex sumus, quos per id, quod Domini est simile, reconciliat, per id, quod Tibi equale, absolvat.

**D**eus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, erige nos ad considentem in Dextera tua nostrae salutis auctorem, ut qui propter nos iudicandus advenit, pro nobis iudicaturus adveniat. Per.

**D**eus, qui credentes in Te populos gratia tua largifate multiplicas, respice propitius pietate tua ad electionem tuam, ut qui sacramento Baptismatis sunt renati, regni caelestis mereantur introitum. Per.

**P**raesta, quaesumus, nobis omnipotens et misericors Deus, ut in resurrectione Domini nostri Iesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per Dñm.

Concede

**C**oncede quæsumus Omnipotens Deus, ut veterem cum suis rationibus hominem deponentes conversatione vivamus, ad cuius nos substantiam paschalibus remedijs transfulisti. Per D.

**D**epelle Domine conscriptum peccati lege chyrographum, quod in notis paschali mysterio per resurrectionem tui filij vacuasti. Per Dnm.

**D**eus, qui ad eternam vitam in Christi resurrectione nos reparas: imple pietatis tue ineffabile sacramentum, ut cum Majestate tua Salvator noster advenerit, quos scisti Baptismo regenerari: facias beata immortalitate vestiri. Per.

**D**eus humani generis conditor et redemptor, Da quæsumus, ut reparationis nostræ collata subsidia Te jugiter inspirante sectemur. Per Dnm.

**G**audeat Domine plebs fidelis, et cum propria recolat Salvationis exordia, ejus promoveatur augmentis. Per Dnm.

**D**eus, qui renatis ex aqua et spiritu sancto. Cælestis regni pandis introitum: auge Super famulos tuos gratiam quam dedisti, ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis, a nullis priventur promissis. Per.

**F**ac omnipotens Deus, ut qui paschalibus remedijs in novam similitudinem Terreni Parentis evasimus, ad formam Cælestis transferamus auctoris. Per.

**D**a misericors Deus, ut in resurrectione Domini nostri Iesu Christi inveniamus et nos veraciter portionem. Per.

**F**amiliam tuam, quæsumus Domine, Dexterâ tua perpetuo circumdet auxilio, ut paschali interveniente sollemnitate  
ab



ab omni pravitate defensa donis caelestibus prosequatur.  
Per Dñm.

**P**aschalibus nos, quaesumus Domine, remedijs dignanter impende, ut terrena desideria refruentes discamus inhiare caelestia.

**Q**uaesumus omnipotens Deus jam non teneamus obnoxij sententia damnationis humanae, cuius nos vinculis haec redemptio paschalis absolvit. Per.

*Orat. et Preces de Pascha annotiva.*

**D**eus, per cuius providentiam nec preteritorum momenta deficiunt, nec ulla superest expectatio futurorum. Tribue permanentem peracta, quam recolimus, solemnitate effectum, ut quod recordatione percussimus, semper in opere teneamus. Per.

*Secreta.*

**C**lementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut paschalis muneris sacramentum, quod fide recolimus, et spe desideremus intenti, et perpetua dilectione capiamus. Per D.

**U**. Redemptionis nostrae festa recolere, quibus humana substantia vinculis privationis exuta spem resurrectionis accepit per renovatam originis dignitatem. Per.

*Infra Act.*

**H**anc igitur oblationem famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerunt annua recolentes mysteria, quibus eos tuis adoptasti regalibus institutis, quaesumus Domine, placatus intende, pro quibus supplices preces effundimus, ut in eis conlata custodias, et promissae beatitudinis premia largiaris; Diesque . . .

*Post Com.*

*Post Com.*

**T**ua nos, quaesumus Domine, qua sumpimus Sancta purificent, et operationis suae remedio nos perficiant esse placatos. Per Dñm.

*VIII. KL. April. adnuntiatio sc̄e Mariae.*

**G**ratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui angelo nuntiante Christi Filij tui incarnationem cognovimus, per Passionem Eius et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

*Secreta.*

**A**cepta Tibi sit, quaesumus Domine, haec oblatio plebis tuae, quam offerimus hodie ob incarnationem simul et Passionem redemptoris nostri Iesu Christi. Te supplices deprecamur, ut placatus accipias.

*Post Com.*

**D**eus, qui divinis obsequijs angelorum magnificas dignantes, extremitatem nostram ad respectum tuae visitationis illustra, ut quod per illos facis nobis mirabiliter nuntiari, facias nos misericorditer adipisci. Per.

*Orat. et Preces Dom. post Octav. Pascha.**Dom. II. post Pascha.*

**D**eus, qui in filij tui humilitate jacentem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam letitiam concede, ut quos a perpetua mortis eripuisti capibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per. Dñm.

**D**eus, in cuius precipuis mirabilibus est humana reparatio, solve opera diabuli, et mortiferi peccati vincula disrumpe, et destructa malignitate qua nocuit, vincat misericordia, qua redemit. Per.

*Secreta.*

**B**enedictionem, Domine, nobis conferat salutarem sacra  
Semper

Semper oblatio, ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dñm.

**VD.** Quoniam Majestatem tuam precari sine cessatione debemus, ut ignorantiam nostrae mortalitatis attendens ex tua inspiratione nos facias postulare quod rectum est, et tua clementia tribuas impetrare, quod poscimus. Per Christum...

*Post Com.*

Præsta nobis omnipotens Deus, ut vivificationem tuae gratiae consequentes, in tuo semper munere gloriemur. Per.

*Seu III.*

*Dom. II. post Oct. Paschæ.*

Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiae, veritatis tuae lumen ostendis: Da cunctis, qui Christiana professione censentur, et illa respiciere, quae huic inimica sunt nomini, et ea quae sunt apta sectari. Per.

Tibi placitam Deus noster populo tuo tribue voluntatem, quia tunc illi prospera cuncta praestabis, cum suis aptum feceris institutis. Per Dñm.

*Secreta.*

His nobis, Domine, mysterijs conferatur, quo terrena mysteria mitigantes, discamus habere caelestia. Per.

*Post Com.*

Sacramenta quae sumpsimus, quae sumus Domine, et spiritalibus nos excipiant alimentis, et corporalibus faveantur auxilijs. Per.

*Seu IV.*

*Dom. III. Post Oct. Paschæ.*

Deus, qui fidelium mentes unius efficit voluntatis, Da populis tuis id amare quod praecipis, id desiderare quod promittis:

mittis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint  
Corda, ubi vera sunt gaudia. Per.

**E**xaudi Domine preces nostras, ut quod tui Verbi  
Sanctificatione promissum est Evangelicum, ubique com-  
pleatur effectu, et plenitudo adoptionis obtineat, quod  
predixit Testificatio veritatis.

*Secreta.*

**D**eus, qui nos per huius sacrificij veneranda com-  
mertia, unius Summe Trinitatis participes effecisti:  
Presta quaesumus, ut sicut tuam cognoscimus veritatem,  
sic eam dignis moribus adsequamur. Per Dnm.

**VD.** De tuo munere postulantes, ut Temporalis,  
quibus post resurrectionem Dominus noster Iesus Christus  
cum Discipulis suis Corporaliter habitavit, pia devoti.....

*Post Com.*

**A**desto Domine Deus noster, ut per hec, que fideliter  
sumpsimus, et purgemur a vitijs, et a periculis omnibus  
exuamur. Per Dnm.

*KL. Maij. Natl. Philippi et Jacobi.*

**D**eus, qui nos annua Apostolorum duorum Philippi et  
Jacobi Solemnitate letificas: Presta quaesumus, ut quorum  
gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dnm.

**D**eus, qui es omnium Sanctorum duorum splendor mirabilis,  
qui hunc diem beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi  
martyrio consecrasti: Da Ecclesie tuae de Natalicio tanta  
festivitatis letari, ut apud misericordiam tuam et exemplis  
eorum et meritis adjuvemur. Per.

*Secreta.*

**M**unera Domine, que pro Apostolorum duorum Philippi  
et Jacobi Solemnitate deferimus, propitius suscipe, et mala  
omnia, que meremur, averte. Per.

**VD.**

**U**nia tui est operis, tuoque virtutis, ut Beatorum apostolorum Jacobi et Philippi gloriosa confessio usque in finem seculi nobis capiat regni celestis augmentum. Per Christum...

*Post Com.*

Beatorum apostolorum Philippi et Jacobi honore continuo Domine plebs tua et semper exultet, et his presulibus gubernetur, quorum et doctrinis gaudet et meritis. Per D.

*V. Non. Maij Inventio Sca Crucis.*

Deus, qui in preclara salutifera Crucis Inventione Passionis tuae miracula suscitasti, Concede, ut vitalis ligni precio eterna vita suffragia consequamur. Per.

Deus, cui cuncta obediunt Creaturae, et omnia in verbo tuo fecisti in sapientia, supplices quosumus ineffabilem clementiam tuam, ut quos per lignum Sanctae Crucis filij tui pro cruore es dignatus redimere, Tu qui es lignum vite paradisi que reparator, omnibus in se credentibus dira Serpentis venena extingue, et per gratiam spiritus sancti populo salutem semper infunde. Per.

*Secreta.*

Sacrificium, Domine, quod imolamus, placatus intende, ut ab omni nos exuat bellorum nequitia et per auxilium Sanctae Crucis filij tui ad conferendas potestatis adversae insidias, nos in tua protectionis securitate constituat. Per.

*Post Com.*

Repleti alimonia caelesti et spiritali poculo recreati, quosumus Omnipotens Deus, ut ab hoste maligno defendas, quos per lignum Sanctae Crucis filij tui, arma iustitiae pro salute mundi triumphare iussisti. Per.

*Dom.*

*Dom. III. post Octav. Pasche.**Seu V.*

**D**eus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus, ut cogitemus, Te inspirante, que recta sunt, et Te gubernante eadem faciamus. *Per.*

*alia.*

**P**resta quaesumus omnipotens Deus, ut qui iram tuam indignationis cognovimus, misericordie tue indulgentiam consequamur. *Per.*

*Item alia.*

**P**arce, Domine, Parce populo tuo, ut dignis flagellationibus castigatus in tua miseratione respiret.

*Item Missa.*

**I**n jejunio hoc afflicti corpore, et corde contriti frequentamus ad Te preces, clementissime Deus, ut cum abstinentia corporali abstinentia nobis vitiorum donec fur, ut restricto corpore ab epulis, Tu qui es refectio vera, in nostris cordibus oriaris. *Per.*

*Secreta.*

**O**blatis, quaesumus Domine, placare muneribus, et a cunctis nos defende periculis. *Per.*

**U**. In hoc jejunio nostro suppliciter adorare, qua unigenitus tuus ita sanctificavit, ut et regnum tuum nobis per jejunium panderet, et peccatis nostris veniam condonaret. *Per.*

*Post Com.*

**P**retende nobis, Domine, misericordiam tuam, ut qua votis expetimus, conversatione tibi placita consequamur. *Per.*

*ad Populum.*

**P**resta populo tuo, Domine quaesumus, consolationis auxilium, et a diuturnis calamitatibus laborantem propitius respirare concede. *Per.*

*Orat.*

*Orat. in Tertia Die.*

**M**iserere jam, quaesumus Domine, intercedente Beata et gloriosa Semperque Virgine Dei Genitrice Maria, populo tuo, et Continuis Tribulationibus Laborantem, Celeri propitiatione letifica. Per.

*Item Collecta.*

**Q**uaesumus Omnipotens Deus, afflicti populi lacrimas respice, et iram tuae indignationis averte, ut qui reatum nostrae infirmitatis agnoscimus, tua consolatione liberemur. Per.

*alia.*

**M**emor esto, quaesumus Domine, fragilitatis humanae, et qui iuste verberas peccatores, parce propitius afflicti. Per.

*Orat. et Preces ad Missam.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, mundentur, quaesumus, viscera nostra a cunctis carnis delictis, jejuniij ad te nunciatione confecta, et in ipsis jejuniij humilitate prostratis non valeat carnis infirmitas dominari, quia Tu institutor sobrietatis potes nobis citius miserere, ut spiritualia cogitemus, et concupiscentias carnis, Te adjuvante, vincamus.

*Secreta.*

**J**ejunantium Domine quaesumus, supplicum vota propitius intueri, et munera presentium sanctificans, per preceptionem eorum occulta cordis nostri remedia tuae clarifica pietatis, ut opera carnalia, nec fluxa non teneant, quos institutor jejuniij Christus reparavit redemptor. Per. Inm.

*Confessio*

**VD.** Te in observatione jejuniij querere, qui es panis vivus et verus, qui de celo descendens, Te itaque

itaque humilitatis jejunio corporibus mente famu-  
lantes devota per hoc sacrificium immolationis rogamus,  
ut humiliatone jejuniij hujus, quam nostris reatibus in  
hac triduaana observatione persolvimus, ita intuearis  
placatus, ut a delictis jejunantes absolvas, quos in-  
continentia voluptatum in pravitate transgressione  
inmersit, Per christum...

*Post Com.*

**P**resta quaesumus omnipotens Deus, ut divino mu-  
nere satiati et sacris mysterijs innovemur et moribus.  
Per.

*ad Populum.*

**D**eus, qui intemperantia saturitatis tuae abstinen-  
dedicationem separasti, et puritatem castimonie  
ut cognoscaris dedisti serenus, nos tuo vultu circum-  
spice et jejunantibus pacem proximi et tuam largia-  
ris, quam ad Patrem ascendens nobis reliquisti  
laudandam. Per Dnm.

*In Vigilia Ascensionis Domini.*

**P**resta quaesumus omnipotens Deus Pater, ut nostre  
mentis intentio, quam sollempnitatem hodierna die glo-  
riosus auctor ingressus est, semper intendat et quo fide  
pergit, conversatione perveniat. Per eundem.

**T**ribue quaesumus omnipotens Deus, ut munere festi-  
vitatis hodierna illuc filiorum tuorum dirigatur in-  
tentio, quo in tuo unigenito tecum est nostra substan-  
tia Iesu Christo Domino nostro, Qui tecum..

*Secreta.*

**S**acrificium, Domine, <sup>quod</sup> pro filij tui supplices venerabili  
nunc ascensione deferimus. Presta quaesumus, ut et nos  
per ipsum his comertijs sacrosanctis ad caelestia confur-  
gamus. Per eundem.

*Con-*



*Contestatio.*

**U** In hac praecipue die, quo Ihesus Christus filius  
 tuus Dominus noster divini consumato sine mysterij dispo-  
 sitionis antiquae munus explevit, ut scilicet et diabolum  
 caelestis operis inimicum per hominem, quem subjugarat,  
 hilereret, et humanam reducat ad superna dona sub-  
 stantiam. Per.

*Post Com.*

**T**ribue, quasumus Domine, ut per hac sacra, qua  
 sumpsimus, illuc tendat nostra devotionis affectus, quo  
 tecum est substantia. Per Eundem.

*ad Populum.*

**D**a quasumus omnipotens Deus, illuc subsequi tuorum  
 membra fidelium, quo caput nostrum principium pra-  
 cessit Ihesus Christus Dominus noster. Per.

*In Ascensa Domini. ad S. Petram.*

**C**oncede quasumus omnipotens Deus, ut qui hodierna  
 die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad caelos  
 ascendisse credimus, ipsi quoque mente in caelestibus  
 habitemus. Per Eundem.

*alia.*

**D**eus, qui ad declaranda tua miracula majestatis  
 post resurrectionem a mortuis hodie in caelos apostoli  
 adstantibus ascendisti: Concede nobis tua pietatis au-  
 xilium, ut secundum tuam promissionem et Tu nobis  
 cum semper in terris, et nos tecum in caelo videre  
 mereamur. Qui cum Patre vivit.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, munera, qua pro filij tui glo-  
 riosa ascensione deferimus: et Concede propitius, ut  
 a presentibus periculis liberemur, et ad vitam per-  
 veniamus aeternam. Per Eundem.

*Conti*

*Contestatio.*

**U**ui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernentibus est elevatus in caelum, ut nos Divinitatis suae tribueret esse participes, Et ideo...

*Intra Act.*

**C**omunicantes et diem sacratissimam celebrantes, quo Dominus noster unigenitus filius suus unitam sibi fragilitatis nostrae substantiam in gloria Tua Dextera collocavit: sed et memoriam...

*Post Com.*

**P**raesta nobis, quae sumus omnipotens et misericors Deus, ut quae visibilibus mysterijs sumenda percepimus, invisibili consequamur effectu. Per Dnm.

**A**desto Domine supplicationibus nostris . . . . .  
ni generis salvatorem confedere . . . . .  
majestate confidimus, ita usque ad consummationem  
saeculi manere nobiscum . . . . . pollicitus  
sentiamus. Per Dnm.

(nulla littera adfuit,  
quia pagina secta.)

**D**eus, cujus filius in alta caelorum potenter ascen- dens captivitatem nostram sua duxit virtute captivam; tribue, quae sumus, ut dona, quae suis participibus con- sulit, largiatur et nobis. Qui tecum.

*Die Dom. post Ascensa Dni.*

**O**mnipotens sempiternae Deus fac nos Tibi semper et devotam gerere voluntatem, et Majestati tuae sincero corde servire. Per.

*alia.*

**D**eus vita fidelium, gloria humilium, et Beatitudo justorum propitius suscipere supplicium preces, ut animae, quae promissiones tuae sitiunt, de tua semper habundan- tia repleantur. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**S**acrificia nos, Domine, immaculata purificent, et mentibus nostris superna gratia dent vigorem. Per.

*Confessio.*

**U**t quia primum tuae pietatis indicium est, si tibi nos facias toto corde subjectos; tu spiritum nobis tuae devotionis infundas, ut propitius largiaris consequenter auxilium. Per.

*Post Com.*

**R**epleti, Domine, muneribus sacris: Da quaesumus, ut in gratiarum semper actione maneamus. Per.

*ad Populum.*

..... Sensus et oculis cordis ad sublimia  
..... quaesumus, ut quae in precium vota de-  
sulimus, ..... impetrandi fiduciam referamus. Per.

*Per singulas Lect. SAB. Pentecost.*

**D**a nobis, quaesumus Domine, per gratiam spiritus sancti novam tui Paracliti spiritualis observantia disciplinam, ut mentes nostrae sacro purgata jejunio cunctis reddantur esse ejus muneribus aptiores. Per.

*Seq. Lect. in Genesis. In Principio.*

**O**mnipotens sempiternae Deus indeficiens lumen, qui spiritum tuum sanctum, cum super aquas in mundi Creationis exordio ferretur, humana declarasti salutis auctorem: Praesta quaesumus, ut idem spiritus veritatis Ecclesiae tuae dona multiplicet, qui tecum et cum unigenito filio tuo vivit et regnat.

*Sequitur Lectio. Tentavit Deus Abraham.*

**D**eus, qui in Abraham famuli tui opere, humano generi obedientiae exempla prebuiisti: Concede nobis, et nostrae voluntatis pravitatem frangere, et tuorum praeceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per.

*Seq.*

ut supra  
pagina ex parte hac  
lecta est.

*Seq. in Exodo. Factum est in vigilia...*

Deus, qui primis temporibus impleta miracula novi Testamenti luce reserasti, quod mare rubrum forma sacri fontis existeret, et liberata plebs ab aegyptiaca servitute, Christiani populi sacramenta preferret: Da, ut omnes gentes Israelis privilegium merito fidei consecuta, spiritus tui participatione regenerentur. Per Dnm.

*Seq. in Deuteronomio. Scripsit Moyses...*

Deus, qui gloriatio fidelium et vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum, nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: in universis gentibus misericordia tua munus operare, tribuendo Beatitudinem, auferendo terrorem: ut quod pronuntiatum est ad supplicium, in remedium transferatur eternum. Per.

*Sequit. in Isaia. Adprehendent Septem milia...*

Omnipotens sempiternus Deus, qui per unicum filium tuum Ecclesia tua demonstrasti, Te esse cultorem: omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, ut fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex egypto per fontem Baptismi transtulisti, nulla peccatorum spina pravaleant: ut spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundem.

*Sequitur in hieremia. Audi Israel mandata...*

Deus, qui nobis per Prophetarum ora precepisti temporalia relinquere, atque ad aeterna festinare: Da famulis tuis, ut quae a Te iussa cognovimus, implere caelesti inspiratione valeamus. Per Dnm.

*De Psalmo XLII. Sicut Cervus desiderat...*

Concede quia sumus Omnipotens Deus, ut qui solemnitatem Domini spiritus sancti colimus, calidibus desideriis accensi, fontem vitae sitiamus. Per Dnm. Domi-

**D**omine Deus virtutum, qui conlapsa reparas, et reparata conservas: auge populos in Tui nominis sanctificatione renovandos: ut omnes, qui diluuntur sacro baptizate, tua semper inspiratione dirigantur. Per Dñm.

*Inde descendis cum Letania ad fontes.*

*Orat. ad Missam post Ascensu Domini.*

*Statio ad Lateranos.*

**P**raesta quasumus omnipotens Deus, ut claritatis tuae super nos splendor effulgeat: et lux tuae lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus inlustratione confirmet. Per Dñm.

**D**eus, cujus spiritu totum corpus Ecclesiae multiplicatur et regitur, conserva in nova familiae tuae progenie sanctificationis gratiam, quam dedisti, ut corpore et mente renovati in unitate fidei servientes tibi Domine servire mereantur. Per.

**V**irtute sancti spiritus Domine munera nostra continge, ut quod sollemnitate presenti tuo nomini dedicavit, et intelligibile nobis faciat eternum. Per.

**¶** Qui ascendens super omnes caelos sedensque ad dexteram tuam promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superna virtutes atque angelicae potestates hymnum gloriae tuae concinunt sine fine dicentes.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes et diem sacratissimum Pentecosten prevenientes, quo spiritus sanctus apostolis, plebemque credentium presentia sua maiestatis implevit. Sed et memoriam...

**Hanc**

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cuncta familiae tuae, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, ut invenires eos in Christo Iesu Domino nostro, quasumus Domine, ut placatus accipias, pro quibus Majestati tuae supplices fundimus preces, ut nomina eorum ascribi jubeas in libro viventium, Diesque nostros...

*Post Com.*

**P**resta quasumus omnipotens Deus, ut spiritus adveniens Majestatem nobis filij tui manifestando clarificet, Qui tecum et cum Domino Iesu Christo...

*Dom. Pentecosten. Oratio ad Sctm. Petrum.*

**D**eus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: Da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Qui tecum et cum Domino nostro Iesu Christo...

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui Paschale sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri: Presta, ut gentium facta dispersio divisione linguarum ad unam confessionem tui nominis caelesti munere congregetur.

*Secreta.*

**M**unera Domine quasumus oblata sanctifica, et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per.

**VD.** Quia hodie sancti spiritus celebramus adventum, qui principia nascentis Ecclesiae cunctis gentibus inveniendis, et veritatis scientiam indidit, et loquelam in diversitate donorum mirabilis operatur unitatis variarumque gratiarum distributor, idem et unus effector, et predicantium dispensator in linguis, Per Christum.

*Infra*

*Infra act.*

Comunicantes et diem Sacratissimum Pentecosten  
celebrantes, quo Spiritus Sanctus Apostolis innumeris  
linguis apparuit, sed et memoriam ...

*Infra act. alia. dicitur sicut in Nocte Sca Pasch.*

*Post Com.*

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio  
et in sui toris intima asperione fecundet, Qui tecum  
et cum ...

*ad Populum..*

Presta quoesumus Domine, ut a nobis carnales amo-  
veat Spiritus Sanctus affectus, et spiritalia nobis dona  
potentes infundat. Qui tecum et cum Domino nostro ...

*Item alia orat.*

Deus, qui sacramentum festivitatis hodierna univer-  
sam Ecclesiam tuam in omni gente et natione sanctifi-  
cas, in totam mundi latitudinem Spiritus tui Sancti  
dona diffunde, ut quod inter ipsa Evangelica predica-  
tionis exordia operata est divina dignatio, nunc quoque  
per credentium corda diffunde. Per Dnm.

Omnipotens sempiterna Deus, deduc nos ad socie-  
tatem Caelestium gaudiorum, ut Spiritu Sancto renatos  
regnum tuum facias introire, atque eo perveniat  
humilitas gregis, quod processit celsitudo Pastoris. Per.

Concede nobis misericors Deus, ut sicut Nomine Patris  
et Filij divini generis intelligimus veritatem: sic  
in Spiritu Sancto totius Cognoscamus substantiam Trini-  
tatis. Per.

*FR. II. ad Vincula..*

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum, Con-  
cede plebi tuae pia petitionis effectum, ut quibus dedisti  
fidem, largiaris et pacem. Per Dnm.

*Secreta.*

*Secreta.*

**P**rospitius, Domine quaesumus haec dona sanctifica, et hostiae spiritalis oblatione suscepta nosmetipsos tibi perfice munus aeternum. Per Dñm.

*Post Com.*

**A**desto Domine quaesumus, populo tuo: et quem mysterijs caelestibus inuisti, ab hostium furore defende. Per Dñm.

*FR. III. ad Scām Mariam.*

**M**entes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a Te procedit, inluminet et inducat in omnem. Sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum vivit...

*alia.*

**P**raesta quaesumus omnipotens et misericors Deus, ut spiritus sanctus adueniens, templum nos gloria sua dignanter inhabitando perficiat. Qui tecum...

*Secreta.*

**A**ccipe, quaesumus Domine, munus oblatum, et dignanter operare, ut quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per Dñm.

*Post Com.*

**S**umentes, Domine, caelestia sacramenta, quaesumus clementiam tuam, ut quod temporaliter gerimus, aeternis gaudijs consequamur. Per Dñm.

*FR. VI. ad Apostolos.*

**D**a quaesumus, Ecclesia tua misericors Deus: ut sancto spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turberetur. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**acrificia, Domine, tuis oblata conspectibus, ignis ille divinus absumat, qui discipulorum Christi filij tui per sanctum spiritum corda succendit. Per eundem.

*Post Com.*



*Post Com.*  
**S**umpsimus, Domine, sacri dona mysterij humiliter de-  
 precantes, ut qua in tui Commemorationem nos facere pre-  
 cepisti, in nostra proficiant infirmitatis auxilium. Per.

*SaB. in XII. Lect. ad Sctm Petrum.*

**M**entibus nostris, Domine, spiritum sanctum benignus  
 infunde, cujus et sapientia conditi sumus, et providen-  
 tia gubernamur. Per Dnm.

*alia.*

**J**llo nos igne, quaesumus Domine, spiritus sanctus in-  
 flammat: quem Dominus noster Ihesus Christus misit in  
 Terram: et voluit vehementer accendi. Per eundem.

*alia.*

**D**eus, qui ad animarum medelam, jejunijs devotione cap-  
 tigi corpora precepisti: Concede nobis propitius, et  
 mente et corpore semper Tibi esse devotos. Per Dnm.

*Item alia.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus: ut salutaribus  
 jejunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes,  
 propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dnm.

*alia.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, sic nos ab epulis  
 carnalibus abstinere, ut a vitijs inveniendis pariter  
 jejunemus. Per Dnm.

*alia.*

**D**eus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium:  
 Concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma  
 vitiorum. Per Dnm.

*Secreta.*

**U**t accepta Tibi sint, Domine, nostra jejunia: praestent  
 nobis quaesumus divinum tua sancta fervorem, quo eorum  
 pariter et actu delectemur et fructu. Per.

*Dom. Oct. Pent. Post Com.*

**P**raebent nobis, Domine, divinum tua sancta fervorem, quo  
 eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per.

*Dom.*

**Dom. Oct. Pent.**

**T**imentium Te, Domine, Salvator et custos averte ab Ecclesia tua mundanae Sapientia oblectamenta fallacia, ut spiritus tui eruditione formandos prophetica et Apostolica potius instituta, quam philosophica verba delectent, ne vanitas mendaciorum decipiat, quos eruditio veritatis inluminat. Per.

**O**mnipotens et misericors Deus, ad cuius beatitudinem sempiternam non fragilitate carni, sed alacritate mentis accendimur: fac nos atria Superna Civitatis et Te inspirante semper ambire, et tua indulgentia fideles introire. Per.

**Secreta.**

**R**emotis obumbrationibus carnalium victimarum spiritalem Tibi sume Pater, hostiam supplicii servitute deferimus, qua miro ineffabilique mysterio et immolatur semper, et eadem semper offertur, pariterque et devotorum munus, et remunerantis est primum. Per.

**Q**ui cum unigenito filio tuo et sancto spiritu unus es Deus, unus es Dominus, non in unius singularitate persona, sed in unius Trinitate substantia. quod enim de tua gloria revelante Te credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto sine differentia et discretionem sentimus. ut in confessione vera sempiternaque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quem laudant . . . .

**Post Com.**

**L**atificet nos, quaesumus Domine, Sacramenti veneranda solemnitas, pariterque mentes nostras et corpora spiritali sanctificatione fecundet, et castis gaudijs semper exerceat. Per.

**ad Populum.**

**E**ccllesia tua, Domine, caelesti gratia repleatur, et  
crescat,

crescat, atq; ab omnibus vitijs expiata percipiat sempiternae redemptionis augmentum, et quod in membris suis copiosa temporum prerogatione veneratur, spiritalia capiat largitate donorum. Per.

**Dom. II. Post Pentecosten.**

**D**eus in Te sperantium fortitudo, adesto propitius invocationibus nostris, et quia sine Te nihil potest mortalis infirmifari, Praesta auxilium gratiae tuae, ut in exsequendis mandatis tuis, et voluntate tibi et actione placeamus. Per. Dñm.

**D**eus spes luminis sincera mentium, tuasq; perfectas Beatorum, qui es vere lumen Ecclesiae tuae: In cordibus nostris, et dignam tibi orationem persolvere, et Te semper preconiorum munere conlaudare. Per.

**Secreta.**

**H**ostias nostras, Domine, tibi dicatas placatus assume: et ad perpetuum nobis tribue pervenire subsidium. Per. Dñm.

**VD.** Qui Ecclesiae tuae sicut erudire non cessas, ita non desinas adjuvare, ut recte faciendo cognoscant, et possibilitatem capiant exsequendi. Per.

**Post Com.**

**T**antis Domine repleti muneribus, Praesta quaesumus, ut et salutaria dona capiamus, et a tua numquam laude cessemus. Per.

**ad Populum.**

**F**ideles tuos, Domine, Benedictio desiderata confirmet, quae eos et a tua voluntate numquam faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per. Dñm.

**Ebd. m.**

*h. Ebd. III. post Pentecosten.*

**S**ancti Nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tua dilectionis instituis. Per Dñm.

**D**eus, qui Te rectis ac sinceris manere pectoribus asperis: Da nobis tua gratia tales existere, in quibus habitare digneris. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blatio nos, Domine, tuo Nomini dicanda purificet; et de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per.

**VD.** Cujus hoc sacrificium opus ac salutare mysterium fuit, ut perditum dudum atque prostratum de diabulo et mortis aculeo ad hanc gloriam vocaremur, quia nunc genus electum sacerdotiumque regale, populus acquisitionis et sancta gens vocaremur. Agentes igitur indefessas gratias sanctamque munificentiam predicantes Majestati tuae haec sacra deferimus, quae nobis ipse salutaris nostrae auctor Christus instituit. Per Christum.

*Post Comunionem.*

**S**umptis muneribus, Domine quaesumus, ut cum frequentatione mysterij, crescat nostra salutis effectus. Per.

*Denuntiatio jejuniorum primi, quarti, septimi, et decimi mensis.*

**A**niversariam, fratres karissimi, jejunii puritatem, qua et corporis acquiritur et animae sanctitas, nos commonet illius mensis instaurata devotio. Quarta igitur et vita fratres sollicitante convenientes occursum offeramus Deo spirituale jejunium, die vero sabbato apud Beatum Petrum, cujus nos intercessionibus credimus, ad juvandas sanctas vigilias Christiana pietate celebremus.

-mus,

mus, ut per hanc institutionem salutiferam peccatorum  
Sordes, quas corporis fragilitate contrahimus, jejunijs  
et elemosinis abluamus, auxiliante Domino nostro Iesu  
Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat  
Deus per omnia secula seculorum.

**FR. VI. ad Apostolos.**

**U**t nobis, Domine, terrenorum frugum tribuas  
uberitatem: fac mentes nostras caelesti fertilitate se-  
cundas. Per.

**Secreta.**

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui non sacrificiorum  
ambitione placaris, sed studio pia devotionis intendis.  
Da familiae tuae spiritum rectum et habere cor mundum,  
ut fides eorum haec dona tibi conciliet, et humilitas  
oblata commendet. Per.

**Post Com.**

**A**nnue quasumus Domine omnipotens Deus, ut  
sacramentorum tuorum gesta recolentes, et temporali  
securitate revelemur, et erudiamur legalibus institutis.  
Per.

**ad Populum.**

**F**ideli populo tuo, Domine, misericordiam tuam pla-  
catus intende, et presidia corporis copiosa tribue  
supplicanti. Per.

**SABB. in XII. Lect. ad Sctm Petrum.**

**P**raesta Domine quasumus, famulis tuis, tales nos  
concede fieri tuae gratiae largitate, ut bona tua et  
fiducialiter impetremus. Per Dnm.

**Coll.**

**D**a nobis, Domine quasumus, regnum tuum iustitiam  
semper inquirere, ut quibus indigere nos perspicias,  
clementer facias habundare. Per Dnm.

**Coll.**

Vide supra page 172., Thom. J. V. p. 102.

**Coll.**

**D**eus, qui nobis de presentibus adjuventis esse  
vetuisti sollicitos: Tribue quaesumus, ut pia sectando  
qua tua sunt, universa nobis salutaria condonent. Per.

**alia.**

**D**eus, qui misericordia tua prevenis non peten-  
tes: Da nobis affectum, majestatem tuam jugiter  
deprecandi, ut pietate perpetua supplicibus pro-  
fiora defendas. Per.

**Secreta.**

**D**omine Deus nosse, qui in his potius creaturis,  
quas ad fragilitatis nostrae presidium condidisti, tuo  
quoque nomine munera iussisti dedicanda constitui:  
Tribue quaesumus, ut et vitae nobis presentis auxilium,  
et aeternitatis efficiant sacramentum. Per.

**Post Com.**

**S**umptum, quaesumus Domine, venerabile sacramen-  
tum et presentis vitae subsidijs nos foveat et aeternae.  
Per.

**ad Populum.**

**P**roficiat, Domine quaesumus, plebs tibi dicata pia devo-  
tionis affectu, ut sacris actibus erudita quanto Majestati  
tua sit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per. D.

**EBd. III. post Pentecosten.**

**D**eprecationem nostram, quaesumus Domine, benignus  
exaudi, et quibus supplicandi praestas affectum, Tribue  
defensionis auxilium. Per.

**T**empora nostra, quaesumus Domine, pio favore pro-  
sequere, et quibus cursum tribuis largiorem, Praesta  
continuum benignus auxilium. Per.

**Secreta.**

**M**unera Domine oblata sanctifica, ut Tui nobis uni-  
geniti Corpus et sanguis fiat.

**VD.**

**VD.** Illa quippe festa remaneant, quibus nostra mortalitati procuratur immortale commercium, ac tempore vite subrogatur aeternitas, de peccati pena peccata mundantur, mirisque modis conficitur de perditione salvatio, ut status conditionis humanae, qui per felicitatis insolentiam venit ad tristitiam humilis et modestus ad aeterna gaudia redeat per merorem, Per . . .

*Post com.*

**H**aec nos Communio, Domine, purget a crimine, et caelestibus remedijs faciat esse consortes. Per.

*Ebdom. V. post Pentecosten.*

**P**rotector in Te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam: ut Te rectore, Te duce sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna. Per.

**P**ropitiare, Domine, humilitati nostrae et respice servitutem, ut pacis tuae abundantia tempora nostra comulentur. Per.

*Secreta.*

**R**espice, Domine, munera supplicantis Ecclesiae, et saluti credentium, perpetua sanctificatione sumenda concede. Per Dnm.

**VD.** Omnipotentiam tuam jugiter implorantes, ut quibus annua celebritatis hujus vota multiplicas, plenam divini cultus gratiam largiaris, et per augmenta corporea profectum clementer tribuas animarum, quod ad immutabile bonum per mutabilia dona veniamus, temporalique leticia et gaudia sempiterna succedant, Per Christum . . .

*Post com.*

*Post Com.*

**S**ancta tua nos Domine sumpta vivificent, et tua  
misericordia sempiterna reparent expiatis. Per. B.

*VIII. KL. Jul. Jejunium S. Joh. Baptista.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut familia tua  
per viam salutis incedat, et Beati Praecursorishorta-  
menta sectando ad eum, quem praedixit, secura perve-  
niat. Per.

**P**raesta quaesumus Domine, ut populū tuū ad plenā  
devotionis effectum Beati Baptiste Johannis natali-  
tatis prepararetur, quem promissisti filio tuo parare  
plebem perfectam Jesu christo Domino nostro, cui tecum...

*Secreta.*

**M**unera populi tui, Domine, propitiatus intende,  
et Beati Baptista Johannis, cuius nos tribuis praire  
solemnia, fac gaudere suffragijs. Per.

**U**. Exhibentes solemnia jejunium, quod Beati  
Johannis Baptista natalicia prevenimus, cuius geni-  
tor et verbi Domini nuntius dubitans nasciturum  
vocis est privatus officio et eodem recepit nascentes  
sermone quique angelo promittente non crededit obmutuit  
magnifice preconis exortu et loquens factus Propheeta  
Materque pariter sterelis evoque conceptam non solum  
puerperia fecunda, sed etiam quo Beata Maria fru-  
ctum dola voce benedictionem susceperat spiritum  
divinitatis vitae caelestis aperitur viam Domini pre-  
paretur, Per. . . .

(genuina Codicis  
descriptio: s.)

*Post Com.*

**B**eati Johannis Baptiste nos, quaesumus Domine,  
preclara comitetur oratio, et quem venturum esse pre-  
discit, proscat nobis ab eo sempiternum remedium. Per eundem...

*Coll.*



*Coll.*  
**B**eati nos Domine Baptiste Johannis oratio et intelligere Christi tui mysterium postulet, et mereri. Per Eundem.

*VIII. KL. Jul. Natal. S. Johannis Baptiste.*  
*ad Missam*

**D**eus, qui presentem diem honorabilem nobis in Beati Johannis Nativitate fecisti: Da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum, et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis aeternae. Per.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui instituta legalia et Sanctorum preconia prophetarum in diebus Beati Baptiste Johannis implesti: Presta quaesumus, ut celsitudinis significationum figuris ipsa sua manifestatione veritas eloquatur Iesus Christus Dominus noster...

*Secreta.*  
**T**ua, Domine, muneribus altaria cummulamus, Sancti Johannis Nativitatem honore debito celebrantes, qui Salvatorem mundi cecinit adfuturum, et adesse monstravit Iesum Christum...

**V**. In die festivitatis hodiernae, qua Beatus Johannes exortus est, qui vocem matris Domini nondum editus sensit et adhuc clausus utero adventum salutis humanae prophetica exultatione gessavit, qui et generis sterilitatem conceptus abstulit, et Patri linguam natus absolvit, solusque omnium Prophetarum redemptorem mundi, quem prenuntiavit, ostendit, et ut sacra purificationis effectu aquarum natura conciperet sanctificationis Jordanis fluentis ipsum baptismum Baptismatis lavit auctorem, et Ideo...

*Post Com.*  
**S**umat Ecclesia tua Deus Beati Johannis Baptiste genera-

generatione læticiam, per quem sua generationis  
Cognovit auctorem Ihesum Christum Dominum . . .

*Item alia oratio.*

**D**eus, qui nos Beati Iohannis Baptistæ concedis Na-  
talia perfrui, ejus tribue meritis adjuvari. Per.

*ad Fontem.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, Da cordibus nostris  
illam tuarum rectitudinem semitarum, quam Beati  
Iohannis Baptistæ in deserto vox clamantis edocuit. Per.

**D**eus, qui conspicias, quia nos undique mala nostra con-  
fristant, per Precursorem<sup>is</sup> gaudia corda nostra lætifica.  
Per.

*VII. KL. Jul. Vigil. Scorum Joh. et Pauli.*

**B**eatorum Martyrum Iohannis et Pauli Natalicia  
veneranda, quaesumus Domine, Ecclesia tua devota sus-  
cipiet, et fiat magne glorificationis amore deorum. Per.

*Secreta.*

**S**int Tibi Domine quaesumus, nostris muneribus  
grata jejunia, quia sunt eadem in Sanctorum Tuorum  
Iohannis et Pauli digna Comemoratione deferimus, si  
et actus illorum pariter subsequamur.

*Post Com.*

**P**rotege Domine plebem tuam, et quam Martyrum tuo-  
rum Iohannis et Pauli assidua tribuis festivitate  
devotam, Tibi semper placitam fieri precibus concede  
justorum. Per.

*VI. KL. Jul. Natl. Scorum Johannis et Pauli.*

**Q**uasumus Omnipotens Deus, ut nos geminata læticia  
hodiernæ festivitatis excipiat, qua de Beatorum Johannis  
et Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides et passio  
vere fecit esse germanos. Per. *Se-*

*Secreta.*

**H**ostias altaribus tuis, Domine, placationis inproimus, potentiam tuam in sanctorum tuorum passionibus honorando, et per eos nobis implorando veniam peccatorum. Per Dñm.

**VD.** Beati etenim Martyres tui Johannes et Paulus, quorum festa predicamus, veraciter impleverunt, quod Davidica voce canitur: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum: nascendi lege consortes, fidei Societati conjuncti, passionis equalitate confimiles, in uno Domino semper Domino gloriosi, quem pari ter confessi sunt permanentem cum angelis, qui gloriam suam concinnunt sine cessatione dicentes: Sanctus ...

*Post Com.*

**S**umpta munera, Domine, nostra sanctificatione tuorum valere precibus concede sanctorum. Per.

*h. EB. Dom. VI. post Pentecosten.*

**D**a nobis, Domine quaesumus, ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: ecclesia tua tranquilla devotione letetur. Per Dñm.

*Coll.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, et dies nostros in tua pace dispone, ut a cunctis perturbationibus liberati tranquilla tibi servitute famulemur. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blationibus, quaesumus Domine, placare susceptis: et ad Te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dñm.

**VD.** Majestatem tuam suppliciter deprecantes, ut opem tuam petentibus dignanter impendas, et desiderantibus benignus tribuas profutura. Per Christum ...

*Post Com.*

**M**ysteria nos, Domine quaesumus, sancta purificent, et suo munere tueantur. Per Dñm.

III. KL.

III. KL. Jul. in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli.

Deus, qui nobis Apostolorum Beatorum Petri et Pauli Natalicia gloriosa praeire concedis: tribue quae sumus, eorum nos semper et beneficijs praeveniri et orationibus adjuvari. Per.

Prosta quaesumus omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apostolica Confessionis petra solidasti. Per.

Secreta.

Munera, Domine, tua glorificationis offerimus, quae Tibi pro nostris grata ieiunijs Sanctorum apostolorum quaesumus Domine precatio, quorum solemnia praevenimus, efficiat. Per.

Confessatio.

VD. Apud quem Beatorum Apostolorum continuata festivitas et aeterna celebritas atq; triumphus caelestis perpetuus sit Natalis, nos tamen Beate Confessionis initia recolentes frequenti tribuas devotione gaudere, ut crebrior honor sacratissimae passioni re-pensus majorem nobis retributionis gratiam largiatur. Per ...

Post Com.

Quos caelesti, Domine, alimento faciasti, apostolicis intercessionibus ab omni adversitate custodi. Per.

ad Vesp.

Apostolicis nos, Domine quaesumus, Beatorum Petri et Pauli adtolle praesidijs, ut quanto fragiliores sumus, tanto validioribus auxilijs foveamur. Per.

ad Matut.

Deus, qui ligandi solvendiq; licentiam suis apostolis contulisti: Da quaesumus, ut per ipsos externis vitijs expediti, liberi possimus caelestibus interesse mysterijs. Per.

III. KL.

III. KL. Jul. Nat. S<sup>c</sup>i Petri.

**D**eus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: Da Ecclesie tuae, eorum in omnibus sequi preceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per.

**L**argiente te, Domine, Beatorum Petri et Pauli natalitium nobis effulsi: Concede quaesumus, ut hodierna gloria passionis sicut illis magnificentiam quam tribuit sempiternam: ita nobis munimen operetur perpetuum. Per.

Secreta.

**H**ostias, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio, per quam nos expiari tribuas, et defendi. Per D.

**V**. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum Pastor aeternae non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias, ut eisdem contulisti praesse pastores. Et ideo ....

Iest Com.

**S**umptis, Domine, remedijs sempiternis tuorum mundenur corda fidelium apostolorum Petri et Pauli natalis insignia, que corporibus officijs exequentur, pia cordis intelligentia comprehendant. Per.

ad Vesp.

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui Ecclesiam tuam in apostolica soliditate fundatam ab inferarum eruis terrore portarum: Praesta, ut in tua veritate persistens nulla percipiat consortia perfidorum. Per.

alia oratio.

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui nos beatorum apostolorum Petri et Pauli multiplici facis celebritate gaudere: Da quaesumus, ut eorum saepius iterata solemnitas nostra sit fructus augmentum. Per.

Prid.

*Præd. Kl. Jul. Natl. Sci. Pauli.*

**D**eus, qui multitudinem gentium Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: Da nobis quaesumus, ut cuius stulticia colimus, ejus apud Te patrocinia sentiamus. Per.

*Secreta.*

**P**ræveniant nobis, Domine quaesumus, Apostoli tui desiderata commercia, ut quorum perpetuam dignitatem sacro mysterio frequentamus in Terris, et presentia nobis subsidia postulent, et eterna. Per.

*Post Communionem.*

**P**erceptis Domine Sacramentis subdito corde rogamus, et petimus, ut intercedente Beato Paulo Aplo tuo nobis proficiant ad medelam, quæ pro illius gesta sunt passione. Per.

*EBD. VII. post Pentecosten.*

**D**eus, qui diligentibus Te bona invisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum: ut Te in omnibus et super omnia diligentes promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dnm.

**D**eus, qui in Sanctis habitas, et pia corda non deseris, libera nos a terrenis desiderijs et cupiditate carnali, ut nullo in nobis regnante peccato Tibi soli Domino liberis mentibus serviamus. Per Dnm.

*Secreta.*

**P**rospiciare, Domine, supplicationibus nostris: et has oblationes famulorum famularumque tuarum benignus assume: ut quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dnm.

**V**. Verum æternumque Pontificem et solum sine peccati macula sacerdotem, cuius sanguine omnium fidelium corda mundantur, placationis Tibi hostias non solum

Solum pro delictis populi, sed etiam pro nostris offensionibus immolamus, ut omne peccatum, quod carnis fragilitate contrahimus, fumo pro nobis antillite interpellante solvatur. Per christum...

*Post com.*

Quos caelesti, Domine, dono satiasti: Presta quaesumus, ut a nostris mundemur occultis, et ab hostium liberemur insidijs. Per Dnm.

*h. EBDOM. VIII. post Pentecosten.*

Deus virtutum, cujus est totum quod est optimum: in Sere pectoribus nostris amorem sui Rominis, et presta, ut in nobis religionis augmentum, ut quaesunt bona nutrias; ac pietatis studio, quaesunt nutrita, custodias. Per Dnm.

Da nobis, Domine quaesumus, ut in tua gratia veraciter confidentes, et quaesunt digna postulemus, et jugiter postulata sumamus. Per.

*Secreta.*

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et has populi sui oblationes benignus assume: et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, Presta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per.

*Post Com.*

Repleti sumus, Domine, muneribus tuis: Tribue quaesumus, ut eorum et mundemur effectu, et muniamur auxilio. Per D.

*V. Id. Jul. Nat. S. Benedicti Abbatis.*

Intercessio nos, quaesumus Domine, Beati Benedicti Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, Ejus patrocinio adsequamur. Per Dnm.

*Secreta. Sacris*

*Secreta.*

Sacris altaribus, Domine, hostias superpositas, sanctus  
Benedictus, quasumus, in salutem nobis provenire deprecatur.  
Per D.

**VD.** ad gloriam tuam Domine profusis precibus exo-  
rare, ut Sancti Benedicti patrocinio nos adjuvante de-  
bita tibi tuo servitute placemus. Per Christum...

*Post com.*

Protegat nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti;  
Benedictus Abbas pro nobis intercedendo, et ut conver-  
sationis ejus experiamur insignia. Per D.

*8 Dom. VIII. post Pentecosten.*

Deus, cuius providentia in sui dispositione non falli-  
tur: Te supplices exoramus, ut noxia cuncta submove-  
as, et omnia nobis profutura concedas. Per.

Custodi nos, Domine quasumus, in tuo servitio consti-  
tutos: ut quibus famulatum esse vis sincere, propitius  
largire quod precepisti. Per.

*Secreta.*

Deus, qui legalium differentiam hostiarum, unius sacri-  
ficii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a devotis  
tibi famulis, et pari benedictione, sicut munera Abel,  
sanctifica: ut quod singuli obtulerunt ad Majestatis  
sue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per.

**VD.** Ut Te auctorem suum pronis visceribus humana  
famulatio religioso excolat affectu, et ideo obsecramus  
misericordiam tuam, ne pro nostra nos iniquitate con-  
demnes, sed pro tua pietate in viam rectam semper  
disponas; nec sicut meremur, delinquentibus irasaris, sed  
fragilitati nostrae invicta bonitate subvenias. Per Christum...

*Post com.*



*Post com.*

**T**ua nos, Domine, medicinalis operatio, et a nostris peruersitatibus clementer expediat, et ad ea, quae sunt recta perducatur. Per.

*Obdōm. X. post Pentecosten.*

**L**argire nobis, Domine, quae sumus, semper Spiritum cogitandi quae recta sunt, propitius et agendi: ut qui sine Te esse non possumus, secundum Te vivere valeamus. Per.

**C**oncede quae sumus omnipotens Deus, ut viam tuam devota mente currentes subripientium delictorum laqueos evadamus. Per.

*Secreta.*

**S**uscipe munera, quae sumus Domine, quae Tibi de tua largitate deferimus: ut haec sacrosancta mysteria gratia tua operante virtute, et praesentis vitae nos conversatione sanctificent, et ad gaudia sempiterna perducant. Per.

**U**. De tua gratia confidentes, quae sumus, declinare quae mala sunt, vel bona consequenter operari, et quia nos in tua pertinere sacramenta voluisti, tu clementer in nobis eorum munus opereris. Per. *Chm...*

*Post Com.*

**S**it nobis, Domine, reparatio mentis et corporis caeleste mysterium: ut cuius exsequimur actionem, sentiamus effectum. Per.

*VIII. KL. Aug. Nat. S. Jacobi apostoli  
Fratri S. Johannis.*

**E**sto Domine plebi tuae Sanctificator et custos, ut apostoli tui Jacobi munita praesidiis, et conversatione tibi placeat, et secura mente deserviat. Per. D.

*Secreta*

*Secreta.*

Orationes populi tui, Domine quaesumus, Beati apostoli tui Jacobi passio beata conciliet, et qua nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita ejus deprecatione. Per.

**¶** Quia licet nobis salutem semper operetur divini celebratio Sacramenti, propensius tamen confidimus ad futuram dum Sancti apostoli tui Jacobi meritis intervenientibus exhibetur. Per...

*Post Com.*

Beati apostoli tui Jacobi, cuius hodie festivitate corpore et sanguine tuo nos refecisti, quaesumus Dñe, intercessione nos adjuva, pro cuius solemnitate percipimus tua sancta letantes. Per.

Solemnitatis apostolica multiplicatione gaudentes clementiam tuam deprecamur omnipotens Deus, ut tribuas jugiter nos eorum et confessione benedici et patrocinij confoveri. Per.

*EBdom. XI. post Pentecosten.*

Prostra quaesumus omnipotens et misericors Deus, ut infer hujus vite calligines nec ignorantia fallente mergamur, nec precipiti studeamus voluntate peccare, sed cui fiduciam speranda pietatis indulges, optata misericordiae prostra benignus affectum. Per.

Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus supplicantium: et ut potentibus desiderata concedas, fac tibi eos, quaesumus, placita postulare. Per.

*Secreta.*

Concede nobis haec, quaesumus Domine, frequentare mysteria: quia quotiens hujus hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur. Per.

**¶**

**VD.** Tibi debitam seruitutem per ministerij huius impletionem persolvere; quia non solum peccantibus veniam tribuis, sed etiam premia petentibus impartis, et quod perpeti malis operibus promeremus, magnifica pietate depellis, ut nos ad tuae reverentiae cultum et ferre cogas, et amore perducas. Per Christum ...

*Post Com.*  
Tui nobis, Domine, Communio Sacramenti et purificationem conferat, et tribuat unitatem. Per.

*III. Non. Aug. Natl. Scti Stephani Epi.*

Deus, qui nos Beati Stephani Martyris tui, atque Pontificis annua sollemnitate letificas: Concede propitius, ut cujus natalicia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per.

*Secreta.*  
Munera Tibi, Domine, dicata sanctifica, et intercedente Beato Stephano Martyre tuo atque Pontifice per eadem nos placatus intende. Per.

*Post Com.*  
Haec nos Communio, Domine, purget a crimine, et intercedente Beato Stephano Martyre tuo atque Pontifice caelestibus remedijs faciat esse confortes. Per.

*EBdom. XII. post Pentecosten.*

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam, ut ad tua promissa currentes, caelestium bonorum facias esse confortes. Per. Dnm.

Deus, qui iusta postulantes exaudis, qui si qua in nos bona sunt opera et ipse insinuas, et insinuata consumas, quasumus, ut et cor nostrum ad expugnandas dilates passiones, sensusq; nostros ad impugnationum certamina superanda conserves, dum digne vitijs nostris irascimur, pietatis tuae veniam consequamur. Per.

Se-

*Secreta.*

**T**ibi, Domine, sacrificia dicata reddantur: quæ sic ad honorem Nominis tui deferenda tribuisti, ut eadem remedia fieri nostra præstares. Per.

**¶** ut Te postposita vetustate ritu sacrificij Te homo novis quibus instituisti sacrificijs semper honoret Domine Christe salvator et mediator noster Omnipotens, qui ad hoc mortuus es, ut iura dissolveres mortis. Tertio die ad superos resurrexisti, Quia fuisti solus inter mortuos liber, neque enim poteras mortis Dominus detineri a morte, quia mortis et vitæ totam obtines potestatem, Quis Te talem non timeat, aut quis Te tantam Majestatem non prostratus adoret? Nos enim adoramus suppliciter corde genuflexo obsecrantes, ut erigas miseros ad Te de luto fecis clamantes, et de tantis nos absolvas, quibus involvimur propitiatus peccatis, presentis sacrificij oblato munere sanctificans, Per Christum...

*Post Com.*

**Q**uæsumus Domine Deus noster, ut quos divinis reparare non desinis sacramentis, Quis non destituas benignis auxilijs. Per.

*v. id. aug. Vigl. Scî Laurentij.*

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, et intercessionem Beati Laurentij Martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per.

**B**eati Laurentij Martyris tui, Domine, geminata gratia nos refoveat, quæ glorificationes ejus et optatis primis officijs et desideranter expectemus adventum. Per.

*Secreta.*

**H**ostias, Domine, quas Tibi offerimus, propitius suscipe, et intercedente Beato Laurentio Martyre tuo vincula peccatorum nostrorum absolve. Per.

**¶**

**V.** Venientem natalem Beati Laurentij, qui Levita simul Martyrque venerandus, et proprio claruit gloriosus officio et memoranda refulsit passione sublimis. Per...

*Post Com.*

**D.** Da quaesumus Domine Deus noster, ut sicut Beati Laurentij Martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo letemur aspectu. Per D.

*Orat. ad Missam in die.*

**D.** Da nobis, quaesumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flamas extinguere, qui Beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per.

**D.** Deus mundi creator et rector, qui hunc diem in Levita tui Laurentij Martyrio consecrasti: Concede propitius, ut omnes, qui Martyrij eius merita veneramus, intercessionibus ejus ab aeternis gehennae incendijs liberemur. Per.

*Secreta.*

**P.** Praesta, quaesumus Domine, ut Beati Laurentij suffragijs in nobis tua munera tuearis, pro cuius honoranda Confessione hostias tibi laudis offerimus. Per Dnm.

**V.** in Die sollemnitatis hodiernae, qui Beati Laurentij hostiam tibi placitam et castam corporis glorioso certamine suscepisti, prunis namque superpositis stridebant membra viventia, Nec famen erat plena patientis sed pia confessionis incessus, Nec terreno liberari cruciatu Martyr optabat, sed coronari deprecabatur in caelis; Per...

*Post Com.*

**P.** Prosit nobis, Domine, sancti Laurentij celebrata sollemnitatis, quia quanto fragiliores sumus, tanto placentium tibi praesidijs indigemus. Per.

*Item*

*Item alias orationes.*

**A**dsit nobis, Domine quaesumus, sancti Laurentij Mar-  
tyris tui in tua glorificatione benedictio, cuius nobis  
est hodie facta suffragio in tua virtute confessio. Per.

**P**resta, quaesumus Domine, ut semper <sup>nos</sup> Beati Laurentij  
letificent votiva Martyria, quae semper esse non desinant  
admiranda. Per.

*Edom. XIII. post Pentecosten.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui abundantia  
pietatis tuae et merita supplicum excedis et vota: ef-  
funde super nos misericordiam tuam: ut dimittas, quae  
conscientia metuit, et adicias, quod oratio non presumit.  
Per.

**O**mnipotens sempiternus Deus, a quo solo sancta de-  
sideria, recta consilia et iusta sunt opera: Da servis tuis  
illam quam mundus dare non potest pacem, ut et corda  
nostra mandatis tuis dedita, et tempora sint tua pro-  
tectione tranquilla. Per.

*Secreta.*

**R**espice, Domine quaesumus, nostram propitius servi-  
tutem, ut quod offerimus, sit tibi munus acceptum; et  
sit nostrae fragilitatis subsidium. Per.

**VD.** Qui nos castigando sanas, et refovendo benignus  
erudis, dum magis vis salvos esse correctos, quam  
perire neglectos. Per. Inm. ....

*Post Com.*

**S**entiamus, Domine quaesumus, tui perceptione sa-  
cramenti, subsidium mentis et corporis, ut in utroque  
salvati caelestis remedij plenitudine gloriemur. Per  
Dominum nostrum.

*XVIII. R.*

**XVIII. KL. Sept. Ad Assumptio S. Mariae.**

**C**oncede, quaesumus, omnipotens Deus, ad Beatae Mariae semper virginis gaudia aeterna pertingere, de cuius nos veneranda assumptione tribuis annua solemnitate gaudere. Per.

**Secreta.**

**I**ntercessio, quaesumus Domine, Beatae Mariae semper virginis munera nostra commendet, nosque in eius veneratione tua maiestati reddat acceptos. Per.

**VD.** Nos Te in tuis sacratissimis virginibus exultantibus animis laudare, benedicere et predicare: inter quas Beata Dei genitrix intemerata Virgo Maria gloriosissima effulgit, cuius assumptionis diem omni devotione presenti sacrificio celebramus. Per Christum...

**Post Com.**

**C**elesti munere laciati, omnipotens Deus, tua nos protectione custodi, et castissima pacem mentibus nostris atque corporibus, intercedente Beata Maria, propitiatus indulge, ut veniente sponso filio tuo unigenito accensis lampadibus ejus digni prestolemus occursum. Per eundem.

**alia Orat.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui terrenis corporibus verbi tui veritatis filij unigeniti per venerabilem ac gloriosam semper virginem Mariam ineffabile mysterium conjungere voluisti, petimus inmensam clementiam tuam, ut quod in ejus veneratione deprecimur, te propiciante, consequi mereamus. Per.

**Edom. XIII. post Pentecosten.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, per quem esse quod non erat, et factum visibile quod latebat, Aulticiam nostri cordis emunda,

emunda,

emunda, et quae in nobis sunt vitiorum secreta purifica,  
ut possimus Tibi Deo pura mente servire. Per.

**O**mnipotens et misericors Deus, de cuius munere venit,  
ut Tibi a fidelibus Tuis digne et laudabiliter seruiatur...:  
Tribue quaesumus nobis, ut ad promissiones Tuas sine of-  
fensione curramus. Per.

*Secreta.*

**H**ostias, quaesumus Domine, propitius intende, quas sacris  
altaribus exhibemus, ut nobis indulgentiam largiendo, Tuo  
Nomini dent honorem. Per.

**U**. Quia Tui nostra semper faciens infirmitate vir-  
tutem, Ecclesiam Tuam inter adversa crescere Tribuisti, ut  
cum putaretur oppressa, Tunc potius exaltata prevale-  
ret, dum simul et experientiam fidei declarat afflictio,  
et per Te superata vita presentem effecit gloriosam. Per  
Christum.

*Post Com.*

**V**ivificet nos, quaesumus Domine, huius participatio  
sancta mysterij: et pariter nobis expiationem tribuat, et  
munimen. Per D.

*VIII. KL. Sept. Natl. Sci. Bartholomei Apsti.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui huius diei venerandam  
sanctamque leticiam in Beati Apostoli Tui Bartholomei  
festivitate Tribuisti: Da Ecclesiae Tuae, quaesumus, et amare  
quod credidit, et predicare quod docuit. Per.

*Secreta.*

**B**eati Apostoli Tui Bartholomei, cuius solemnia recense-  
mus, quaesumus Dne: ut auxilio ejus Tuae beneficia capiamus,  
pro quo Tibi hostias laudis offerimus. Per Dnm.

**U**. Quia Ecclesiam Tuam sempiterna pietate non deserens  
per apostolos Tuos jugiter eam et erudis, et protegis. Et ideo...

*Post com.*



*Post Com.*

**S**umpſimus, Domine, pignus salutis aeterna celebrantes  
Beati Bartholomei apostoli tui votiva sollemnia, et per-  
petua merita venerantes. Per Dñm.

*ad Populum.*

**P**rotege, Domine, populum tuum, et apostolorum tuorum  
patrocinio confidentem perpetua defensione conserva.  
Per.

*V. KL. Sept. Natl. Sci Augustini.*

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris Omnipotens  
Deus, ut quibus fiducia speranda pietatis indulges, interce-  
dente Beato Augustino Confessore tuo atq; Pontifice consueta  
misericordia tribue benignus effectum. Per.

*Secreta.*

**S**ancti Confessoris tui Augustini nobis, Domine, pia non  
desit oratio, et munera nostra conciliet, et tuam nobis indul-  
gentiam semper obtineat. Per.

*Post Com.*

**U**t nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: Beatus  
Confessor tuus Augustinus Pontifex, quaesumus, precator  
accedat. Per.

*Dom. XV. post Pentecosten.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, Da nobis fidei, spei,  
et caritatis augmentum: et ut mereamur assequi quod  
promittis, fac nos amare, quod precipis. Per D.

**O**mnipotens sempiternae Deus, fac nos Tibi semper et  
devotam gerere voluntatem, et Majestati tuae Sincero  
corde servire.

*Secreta.*

**P**ropiciare, Domine, populo tuo, propiciare muneribus;  
ut hac oblatione placatus, et indulgentiam nobis tribuas,  
et postulata concedas. Per Dñm.

WD

**U**. Qui nos de donis honorum temporalium ad perceptionem provehis æternorum, et hæc tribuis, et illa promittis, ut et manseris jam incipiamus inferi, et preterentibus non teneri; suum enim est, quod vidimus, quia licet peccati vulnere natura nostra sit vitata; tui tamen est operis, ut terreni generati ad cælestia renascamur. Per ...

*Post Com.*

Sumptis, Domine, cælestibus sacramentis ad redemptionis æternæ, quaesumus, proficiant augmentum. Per D.

*III. KL. Sept. Pas. Scti Johannis Bapt.*

Sancti Johannis Baptiste et Martyris tui, Domine, quaesumus, veneranda festivitas salutaris auxiliij nobis prestet effectum. Per Dñm.

Perpetuis nos, Domine, Sancti Johannis Baptista tuere presidij: et quanto fragiliores sumus, tanto magis necessarijs adtolle suffragijs. Per.

*Secreta.*

Munera tibi, Domine, pro Sancti Martyris Joannis Baptiste passione deferimus: quia dum finitus in terris, factus est cælesti sede perpetuus, quaesumus, ut ejus obtentu nobis proficiant ad salutem. Per.

*Post Com.*

Conferat nobis, Domine, Sancti Johannis utrumque sollemnitas, ut magnifica sacramenta, quæ sempiternus, significata veneramus, et in nobis potius edita gaudemus. Per.

*K. Sept. Nat. Scti Prisci.*

Omnipotens sempiternæ Deus fortitudo certantium et Martyrum palma, sollemnitatem hodiernæ diei propitius intueri, et Ecclesiam tuam continua hac celebritate letare, et.

et intercessionem Beati Martyris Pisci omnium intercedentium vota perficias. Per.

*Secreta.*

Ejus Tibi precibus, Domine quaesumus, grata reddatur oblatio, pro cuius est festivitate immolanda. Per.

**U**... Qui sic tribuis Ecclesiam tuam sanctorum commemoratione proficere, ut eam semper illorum et festivitate letifices, et exemplo pie conversationis exerceas grata qua Tibi supplicatione tuearis. Per Christum.

*Post Com.*

Praesta quaesumus Domine, ut sacramenti tui propitiatione vegetati, sancti quoque Martyris Pisci precibus adjuvemur. Per.

*BDom. XVI. post Pentecosten.*

Custodi Domine quaesumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: et quia sine Te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs, et ad salutaria dirigatur. Per D.

Praesta nobis misericors Deus, ut placationem tuam promptis mentibus exoramus, et peccatorum veniam consequentes a noxijs liberemur incursibus. Per.

*Secreta.*

Concede nobis, Domine quaesumus, ut hac hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum, et propitiatio potestatis. Per D.

**U**... Quia ceteritate sacerdotij sui omnes tibi servientes sanctificat sacerdotes, quoniam mortali carne circumdati ita cottidianis peccatorum remissionibus indigemus, ut non solum pro populo tuo, sed etiam pro nobis ejusdem Te Pontificis interpellatione sanguis exoret. Per Christum...  
- ante

*Post Com.*

*Post Com.*

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos Deus,  
et ad perpetua ducant salvationis effectum. Per.

*VI. Id. Sept. Nativitas Sc̃a Maria.**Eodem Die Nat̃. Sc̃i Adriani.*

Adjuvet nos, quaesumus Domine, Sancta Maria inter-  
cessio veneranda, cuius etiam diem, quo felix ejus est in-  
choata Nativitas, celebramus. Per.

Adesto nobis omnipotens Deus Beatae Mariae festa  
repentibus, quam hodierna festivitatis prolatae  
exortum ineffabili munere sublevasti. Per.

*Secreta.*

Accipe munera, Domine, qua in Beatae Mariae ite-  
rata sollemnitate deferimus, quia ad tua preconia  
recurrit, et laudem, quod vel talis orta est, vel talis  
assumpta. Per.

**U**t justum est, equum et salutare nos Tibi in  
omnium sanctorum tuorum provectu gratias agere Do-  
mine Sancte Pater omnipotens eterne Deus, et precipue  
pro meritis Beatae Matris et perpetuae Virginis Mariae  
gratia plene, laudare, benedicere et predicare. Per ch̃m...

*Post Com.*

Sumptis, Domine, sacramentis, intercedente Beata  
et gloriosa semperque Virgine Dei genitrice Maria, ad  
redemptionis eterne, quaesumus, proficiamus augmentum.  
Per.

*Wdom. XVII. post Pentecosten.*

Ecclesiam tuam, Domine, miseratio continuata mun-  
det et muniat: et quia sine Te non potest salva con-  
sistere, tuo semper munere gubernetur. Per.

Da, quaesumus Domine, hanc mentem populo tuo, ut  
quia

quia ad Te placandum necessitate concurrit, Majestati  
sua fiat etiam voluntate devotus. Per.

*Secreta.*

**T**ua nos, Domine, sacramenta custodiant, et contra  
diabolicos fueantur semper incurtus. Per.

*Confessio.*

**U**t qui Te auctore subsistimus, Te dispensante  
dirigamur, non nostris sensibus relinquamus, sed a tua  
reducti semper tramite veritatis hanc studeamus exercere  
quod precipis, ut possimus dona percipere quod promittis,  
Per Christum...

*Post Com.*

**M**entes nostras et corpora possideat, Domine quae-  
sumus, doni caelestis operatio: ut non noster sensus in  
nobis, sed jugiter ejus preveniat effectus. Per.

*XVIII. KL. Oct. Exaltatio Sanctae Crucis.*

**D**eus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctae Crucis  
annua solemnitate letificas: Prostra, ut cujus mysteri-  
um in terra cognovimus, ejus redemptionis premia me-  
reamur. Per.

*Secreta.*

**D**evotas, Domine, humilitatis nostrae preces, et  
hostias misericordiae tuae precedat auxilium ad salutem,  
quam per adam in paradiso ligni clauserat temerata  
presumptio, ligni rursus fides aperiat. Per.

*Post Com.*

**A**desso familia tua, quae sumus, Clemens et miseri-  
cors Deus, ut in adversis et prosperis preces exaudi-  
as, et nefas adversariorum per auxilium sanctae Crucis  
digneris contere, ut portum salutis tuae valeant ad-  
prehendere. Per.

*ad Crucis salutandum.*

**D**eus, qui unigeniti tui Domini nostri Iesu Christi  
precioso

precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: Concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam Crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per.

*Orat. mens. VII. die Dom. ad S. Petrum.*

*EBdom XVIII. post Pentecosten.*

**A**bsolve, quaesumus Domine, tuorum delicta populorum, et a peccatorum nostrorum nexibus, <sup>que</sup> pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per.

**Q**uaesumus Omnipotens Deus, preces nostras respice, et tua super nos viscera pietatis impende, ut qui ex nostra culpa affligimur, ex tua pietate misericorditer liberemur. Per.

*Secreta.*

**P**ro nostra servitutis augmento Sacrificium Tibi, Domine, laudis offerimus: ut quod inmeritis contulisti, propitius exequaris. Per. Inm.

**U**nia cum laude nostra non egeas, grata Tibi tamen esset tuorum devotio famulorum: nec Te augent nostra praecordia, sed nobis proficiunt ad salutem; quoniam sicut fontem vitae praeterire causa moriendi est: sic eodem jugiter redundare effectus est sine fine vivendi. Et ideo . . . .

*Post Com.*

**Q**uaesumus Omnipotens Deus: ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per.

*XI. Kl. oct. Vigil. S. Mathei ap. et Evangel.*

**D**a nobis omnipotens Deus, ut qui Beati Mathei apostoli tui et Evangelistae, quam prevenimus, veneranda solemnitas, et devotionem nobis augeat et salutem. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**A**postolica reverentia culmen offerimus sacris mysteriis  
inbuendum: Presta Domine quaesumus, ut Beati Matthei  
Evangelista supplicis, cuius Natalicia precimus, sic plebs  
sua semper et sua vota deprecatur, et desiderata percipiat.  
Per.

*Post Com.*

**B**eati Matthei Evangeliste, quaesumus Domine, suppli-  
catione placatus, et veniam nobis tribue, et remedia  
sempiterna concede. Per.

*XI. KL. Oct. Nat. S. Matthei Evangeliste.*

**B**eati Evangeliste Matthei, Domine, precibus adjuvemur:  
ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis inter-  
cessione donetur. Per.

*Secreta.*

**S**upplicationibus apostolicis Beati Matthei Evangeliste,  
quaesumus, Ecclesia tua Domine commendetur oblatio, cuius  
magnificis predicationibus eruditur. Per.

**U**nia Ecclesiam tuam in suis fidelibus ubique  
pollentem apostolicis facis constare doctrinis: Presta  
quaesumus, ut per quos initium divinae cognitionis acce-  
pit, per eos usque in finem seculi capiat caelestis regni  
augmentum. Per christum . . . .

*Post Com.*

**P**erceptis, Domine, sacramentis, Beato Mattheo apostolo  
suo et Evangelista interveniente, deprecamur: ut quae  
pro ejus celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad mede-  
lam. Per.

*Alia Orat.*

**S**it, Domine, Beatus Matheus Evangelista nostrae  
fragilitatis adiutor, ut pro nobis Tibi supplicans co-  
piosus audiatur. Per.

*Presta*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut qui jugiter apostolica defensione munimur, nec succumbamus vitijs, nec deprimamur adversis. Per.

**FR. III. ad Scam Mariam.**

**M**isericordiae tuae remedijs, quaesumus Domine, fragilitas nostra subsistat: ut qua sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per Dnm.

**P**raesta quaesumus Domine, familia supplicantis ut dum a cibis corporalibus abstinet, a vitijs quoque mente jejundet. Per Dnm.

**Secreta.**

**D**eus, qui de his ferre fructibus Sacramenta constare voluisti: Praesta quaesumus, ut opem nobis et presentis vitae conferas, et futurae. Per.

**Post Com.**

**S**umentes Domine dona caelestia, suppliciter deprecamur: ut qua sedula servitute, donante Te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per.

**FR. VI. ad Apostolos.**

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus: ut observationes sacras annua devotione recolentes, et corpore Tibi placeamus, et mente. Per D.

**Secreta.**

**A**ccepta Tibi sint, Domine quaesumus, nostri dona jejunijs, qua et expiando nos tua gratia dignos efficiant, et ad sempiterna promissa perducant. Per D.

**Post Com.**

**Q**uaesumus omnipotens Deus: ut de perceptis numeribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per.

**SaB. ad S. Petrum. in XII. Lect.**

**T**ribue, quaesumus Domine, fidelibus tuis, ut et jejunijs  
mensis



mensis septimi convenienter aptentur, et suscepta  
sollemniter castigatio corporalis ad fructum cunctarum  
transeat animarum. Per.

*at. Orat.*

**D**a nobis quaesumus Omnipotens Deus, ut jejunando  
tua gratia faciemur, et abstinendo cunctis efficia-  
mur hostibus fortiores. Per.

*at. Orat.*

**D**eus humane salutis operator: Da nobis exercere  
jejunia congruenter, quibus nostra substantia sempi-  
terna remedia providisti. Per.

*alia.*

**U**t nos, Domine, tribuis sollemne Tibi deferre  
jejunium: sic nobis, quaesumus, indulgentia presta  
subsidiu. Per.

*Post. Benedic.*

**D**eus, cujus adorande potentia Majestatis flamma  
ferientis incendium Sanctis tribus pueris in splendo-  
rem mutatum est animarum; Ecclesia tuae similibus  
adepto remedijs, ut de gravioribus mundi hujus aduersi-  
tatis propitiatione caelesti populos tuos ereptos  
exultet. Per.

*Secreta.*

**H**ac hostia, Domine quaesumus, et vincula nostra ini-  
quitate absolvat, et tuae nobis misericordiae dona conciliet.  
Per.

*Post. Com.*

**P**erficient in nobis, Domine quaesumus, tua sacramenta,  
quod continent: ut quae nunc specie gerimus, rerum veri-  
tate capiamus. Per.

*Super. Epulum*

**S**uscipe, Domine, preces populi supplicantis, et nostri  
vota jejunij salutaris tui perfice sacramentum. Per. D.

*Die*

*Die Dom. vacat.*

**O**mnipotens Sempiternus Deus misericordiam tuam ostende supplicibus: ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum sed indulgentiam sentiamus. Per.

**T**uere, quaesumus Domine, familiam tuam, ut salutis aeternae remedia, quae Te aspirante requirimus, Te largiente consequamur.

*Secreta.*

**H**ujus Te Domine muneris oblatione placeamus, et perpetua vitae participes hujus operatione reddamur. Per.

**¶** Qui vicit diabolum, Paradisum restituit, et vitae januas patefecit. Per christum . . .

*Post Com.*

**C**elestis Mensa, quaesumus Domine, sacrosancta libatio corda nostra purget semper et pascat.

*III. KL. Oct. Dedicatio Basilicae Angeli**Michaelis.*

**D**eus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: Concede propitius, ut a quibus Tibi ministrantibus in caelo semper adfistitur, ab his in terra vita nostra muniat. Per.

**D**a nobis omnipotens Deus Beati Archangeli Michaelis ceteris honore proficere: ut cujus in terris gloriam predicamus, Eius precibus adjuvemur in caelis. Per.

*Secreta.*

**H**ostias Tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes: ut eisdem, angelico pro nobis interveniente suffragio, et placatus accipias, et ad salutem nostram provenire concedas. Per.

**¶**

**VD.** Sancti Michaelis Archangeli merita predican-  
tes, quamvis enim nobis sit angelica veneranda sublimi-  
tas, qua in Majestatis suae consistit conspectu, illa tamen  
est propensius honoranda, qua in ejus ordine dignitate  
caelestis militia meruit principatum. Per Christum ...

*Post Com.*

**B**eati Archangeli tui Michaelis intercessione suffulti,  
Supplices Te Domine deprecamur, ut quos honore profe-  
quimur, contingamus et mente. Per.

*ad Sept.*

**A**desto plebi tuae misericors Deus, et ut gratia bene-  
ficia potiora percipiat, beati Michaelis Archangeli  
fac supplicem deprecationibus sublevari. Per.

*alia.*

**P**erpetuum nobis, Domine, tuae miserationis presta  
subsidium, quibus et angelica prestitisti suffragia non  
desse. Per.

*BDom. XX. post Pentecost.*

**F**ac nos, Domine quaesumus, prompta voluntate sub-  
jectos, et ad supplicandum Tibi nostras semper excita  
voluntates. Per.

**T**ua nos, Domine quaesumus, gratia semper et pre-  
veniat et subsequatur, ac bonis operibus jugiter prestet  
esse intentos. Per.

*Secreta.*

**M**unda in nobis, Domine, sacrificij presentis affectum:  
et perfice miseratus in nobis, ut ejus mereamur esse par-  
ticipes. Per.

**VD.** Precantes, ut Ihesus Christus filius tuus Domi-  
nus noster sua nos gratia protegat et conseruet, et quia  
sine ipso nihil recte valemus officere, ipsius semper  
munere

munere capiamus, ut Tibi placere possimus. Per Chr̄m..

*Post. Com̄.*

**P**urifica, Domine, quaesumus, mentes nostras benignus et renova caelestibus sacramentis: ut consequenter et corporum praesens pariter et futurum capiamus auxilium. Per.

*VI. Non. Oct. Nat. Sci. Leudegarij.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, qui vitam Beati Leudegarij Martyris tui atq; Pontificij, per istius seculi erumnas transire iussisti: cujus annua devotione festa celebramus, quaesumus, ut per ejus intercessionem plebi tuae clementiam famulantem ita in presenti foveas, ut ad caelestia regna perducas. Per Dñm.

**D**eus, qui Beatum Leudegarium Martyrem tuum in agone probasti, et probatum in dolore sustentasti, quem hodierna die in caelestibus gaudijs recipere dignatus es: Praesta nobis famulis tuis, ut qui gloriam non meremur, indulgentiam ipso interveniente, peccatorum adipisci mereamus. Per.

*Secreta.*

**S**acrificia Tibi, Domine, veneranda probati Martyris tui Leudegarij passione suppliciter immolamus, ut ejus orationibus placeant, pro cuius meritis offeruntur: Praesta quaesumus, ut sicut ejus tibi grata merita, sic nostra servitutis accepta reddantur officia. Per Dñm.

*Post. Com̄.*

**C**aelesti munere satiati quaesumus Domine Deus noster, ut haec nos dona sancti Martyris tui Leudegarij deprecationem sanctificent. Per Dñm.

**P**rofit nobis, quaesumus, sancti Leudegarij Martyris tui atq; Pontificis multiplicata devotio, ut fumentes divina  
mysteria

mysteria pro eis commemorationem celebrata capiamus,  
et eterna simul incrementa leticia. Per Dñm.

**U** Bdom. XXI. post Pentecosten.

**D**a, quaesumus Domine, populo tuo diabolica vitare  
contagia, et Te solum Dominum puro corde sectari. Per.

**C**ustodi nos omnipotens Deus, ut tua Dextera guberna-  
nante, nec nostra nobis prevaleant, nec aliena peccata.  
Per Dñm.

**Secreta.**

**M**ajestatem tuam, Domine, suppliciter deprecamur:  
ut hac sancta, qua gerimus, a preteritis nos delictis  
exuant et futuris. Per.

**U** Et suppliciter exorare, sic nos bonis tuis  
instruas sempiternis, ut temporalibus consolaris, sic  
presentibus refovere, ut ad gaudia nos mansura perdu-  
cas. Per Christum...

**Post Com.**

**S**anctificationibus tuis, omnipotens Deus, et vitia  
nostra curentur, et remedia nobis eterna proveniant. Per.

**U** Bdom. XXII. post Pentecosten.

**D**irigat corda nostra, Domine quaesumus, tua miserationis  
operatio: quia Tibi sine Te placere non possumus. Per.

**T**uis, Domine quaesumus, adesto supplicibus, et inter  
mundana pravitatis insidias fragilitatem nostram sem-  
piterna pietate prosequere. Per.

**Secreta.**

**D**eus, qui nos per huius sacrificij veneranda <sup>= comercia</sup> unius summas  
Divinitatis participes efficis: Presta quaesumus, ut sicut  
tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus et  
mentibus assequamur. Per.

**U**

**VD.** Qui propterea jure punis errantes, et clementer refoves castigatos, ut nos a malis operibus abstrahas, et ad bona facienda convertas, quia non vis invenire quod damnes, sed esse potius quod corones, quicum pro nostris meritis jugiter mereamus affligi. Tu tamen iudicium ad correptionem temperas, non perpetuam exerces ad poenam; Juste enim corripis, et clementer ignoscis, introque verax, introque misericors, qui nos ea lege disponis, ut quo ercendo in aeternum perire non finas, et parcendo spatium tribuas corrigendi; qui ideo malis presentibus nos flagellas, ut ad bona futura perducas; ideo bonis temporalibus consolaris, ut de sempiternis facias certiores, quo Te et in prosperis et in adversis pia semper confessione laudemus. Per Christum...

**Post Com.**

**G**ratias Tibi, Domine, referimus sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes, ut dignos ejus participatione perficias. Per.

**XVI. KL. Novb. Nat. Sci. Lucae Evangl.**

**I**nterveniat pro nobis, Domine quaesumus, Sanctus tuus Lucas Evangelista, qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui Nominis honore portavit. Per Dnm.

**Secreta.**

**D**onis caelestibus Da, <sup>nobis</sup> quaesumus Domine, libera Tibi mente fervire: ut munera quae deferimus interveniente Beato Evangelista tuo Luca, et medelam nobis operentur, et gloriam. Per Dnm.

**Post Com.**

**P**resta quaesumus omnipotens aeternus Deus: ut id, quod

quod de Sancto altari tuo accepimus, precibus Beati Evangelistae tui Lucae Sanctificet animas nostras, per quod tui esse possimus. Per Dñm.

*Edom. XXIII. post Pentecost.*

**O**mnipotens et misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente et corpore pariter expediti, quae tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dñm.

**D**a quaesumus omnipotens Deus sic nos tuam veniam promereri, ut nostros corrigamus excessus, sic fatentibus relaxare delictum ut coerceamus, in suis pravitatibus abstinemus. Per.

*Secreta.*

**H**aec munera, quaesumus Domine, quae oculis tuae Majestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per.

**U**t Nos clementiam tuam suppliciter exorare, ut filius tuus Iesus Christus, qui se usque in finem saeculi suis promisit fidelibus ad futurum, et praesentiae corporalis mysterijs non deserat, quos redemit, et majestatis suae beneficijs non relinquat, Per Christum...

*Post Com.*

**T**ua nos, Domine, medicinalis operatio, et a nostris perveritatibus clementer expediat, et tuis faciat semper inherere mandatis. Per Dñm.

*VI. KL. Nov. Vigil. Apostolorum Symonis et Iudae.*

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus, ut sicut apostolorum tuorum Symonis et Iudae gloriosa natalicia prevenimus: sic ad tua beneficia promerenda majestatem tuam pro nobis ipsi preveniant. Per Dñm.

*Secreta.*

*Secreta.*

**M**uneribus nostris, Domine, apostolorum Symonis et Iudae festa predicemus, ut quae conscientia nostra, prepediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur. Per Dnm.

*Post Com.*

**S**umpto, Domine, sacramento suppliciter deprecamur: ut intercedentibus Beatis apostolis, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus aeternam. Per Dnm.

*V. K. Nov. Nat. Apostolorum Symonis et Iudae.*

**D**eus, qui nos per Beatos apostulos tuos ad cognitionem tui nominis venire tribuisti: Da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare et celebrando proficere. Per Dnm.

**O**mnipotens sempiternus Deus, mundi Creator et Rector, qui Beatos Apostolos nominis tui gloria consecrasti: Exaudi populum tuum confanctorum tuorum tibi paternitiam supplicantem, ut pacis donum proficiat ad fidei et caritatis augmentum. Per Dnm.

*Secreta.*

**G**loriam, Domine, sanctorum apostolorum perpetuam precurrentes, quaesumus: ut eandem, sacris mysterijs expiati, dignius celebremus. Per Dnm.

**U**. Te in duorum apostolorum glorificantes honore, qui et illis tribuisti beatitudinem sempiternam, et infirmitati nostra talia praestitisti suffragia, qua audire possis pro nobis. Per ...

*Post Com.*

**P**erceptis, Domine, sacramentis, suppliciter rogamus, ut intercedentibus Beatis apostolis tuis, quae pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per.

*alia*



*alia orat.*

**E**xaudi Domine Deus salutaris noster: et apostolorum tuorum nos tuere presidys, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per Dñm.

*EBdom. XXIII. post Pentecosten.*

**L**argire, quaesumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem: ut pariter ab omnibus mudentur offensis, et secura tibi mente deserviant. Per Dñm.

**D**elicta nostra, Domine, quibus adversa dominantur, absterge: et tua nos ubique miseratione custodi. Per.

*Secreta.*

**C**alestem nobis prebeant haec mysteria, quaesumus Dñe, medicinam: et vitia nostri cordis expurgent. Per Dñm.

**U**. Majestatem tuam suppliciter deprecantes, ut expulis a cinis vetustatis illius Agni cybo faciemur, et poculo, qui et nostram reparavit imaginem, et suam nobis gloriam repromisit. Per Christum Dñm....

*Post Com.*

**U**t lacris Domine reddamur digni muneribus: fac nos tuis, quaesumus, obedire mandatis. Per Dñm.

*EBdom. XXV. post Pentecosten.*

**D**eus, qui nos regendo conservas, parcendo justificas: et a temporali tribulatione eripe, et gaudia nobis eterna largire. Per D.

**F**amiliam tuam, quaesumus Dñe, continua pietate custodi: ut a cunctis adversitatibus, Te protegente, sit libera, et in bonis actibus tuo Nomini sit devota. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, propitiatus hostias, quibus et Te placari voluisti, et nobis salutem potenti pietate restitui. Per.

**U.**

**VD.** Per quem Sanctum et benedictum Nomen  
Majestatis tuae in omnibus creatura tua terminis, a  
Solis ortu usque ad occasum in gloria semper et laude est,  
per quem salus mundi, vita omnium, Resurrectio mor-  
tuorum. Per quem ...

*Post Com.*

Immortalitatis alimoniam consecuti, quaesumus Dñe,  
ut quod ore percepimus, pura mente sciamur. Per D.

*III. id. Novb. Natl. Sci. Martini, ad Missam.*

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute sub-  
sistimus: Concede propitius, ut intercessione Beati Mar-  
tini Confessoris tui atq; Pontificis, contra omnia adversa  
muniamur. Per Dñm.

Omnipotens sempiternae Deus sollemnitate diei  
hujus propitius intueri: et Ecclesiam tuam, intercessione  
Beati Martini Pontificis atq; Confessoris tui, continua  
sac. celebritate gaudere, omniumq; in Te credentium  
vota perficias. Per.

*Secreta.*

Beati Martini Pontificis, quaesumus Domine, nobis  
pia non desit oratio, quae et munera nostra conciliet,  
et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per.

**VD.** Te in Beati Martini Pontificis atque Con-  
fessoris tui laudibus adorare, qui Sancti Spiritus tui  
dono successus ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inven-  
tus est, ut Christum fecisset in paupere, et vestem, quam  
egenus acceperat, mundi Dominus induisset, digne ei  
Arrianorum subjacuit feritas, digne tanto amore martiry  
persecutoris tormenta non timuit, quanta putamus erit glori-  
ficatio passionis, quanto pars clamidis sic extitit gloria;  
Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus,  
qui

qui pro quantitate vestis exigua et vestire Deum meruit,  
et videre. Sic tua est, Domine, veneranda potestas, qui  
cum lingua non subpetit, meritis exoreris. Per Christum...

*Post Com.*

**T**ua, Domine, sancta sumentes suppliciter deprecamur:  
ut quorum veneramus confessionem, presidia sentiamus,  
Per.

*ad populum.*

**E**xaudi Domine populum tuum tota Tibi mente sub-  
jectum, et Beati Martini Pontificis supplicationes  
custodi, ut corpore et corde propositi, quod pie cre-  
didit, appetat, et quod iuste sperat, obtineat. Per.

*alia orat.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut sicut divina  
laudamus in Sancti Martini Confessoris tui atque Ponti-  
ficis magnalia: sic indulgentiam tuam pijs eius pre-  
cibus adsequamur. Per.

*Udom. XXVI. post Pentecosten.*

**D**eus refugium nostrum et virtus: adesto pijs Ecclesie tuae  
precibus auctor ipse pietatis, et praesta: ut quod fideliter  
petimus, efficaciter consequamur. Per. *Dom.*

**D**eus, quem docente spiritu sancto *Pater* <sup>rom</sup> nomine  
invocare presumimus: Crea in nobis fidelium corda  
filiorum, ut ad promissam hereditatem adgredi va-  
leamus per debitam servitutem. Per.

*Secreta.*

**D**a misericors Deus, ut haec nobis salutaris oblatio,  
et a proprijs reatibus indefinenter expediat, et ab  
omnibus foveatur adversis. Per.

**V**. Tibi debitas laudes pro honore deferre, et  
mirabilium tuorum inenarrabilia preconia devota  
mentis veneratione celebrare. Te igitur ineffabilem  
atque

atq; invisibilem Deum laudamus, benedicimus, adoramus, Per Christum ...

*Post Com.*

**S**umpsumus, Domine, sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: ut, quae in tui Commemoratione nos facere precepisti, in nostra proficiant infirmitatis auxilium.

Per.

*Udom. XXVII. post Pentecosten.*

**E**xcita Domine quaesumus, tuorum fidelium voluntates, ut divini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuae remedia majora percipiant. Per D.

**E**xcita Domine tuorum corda fidelium, ut sacris intenta doctrinis, et intelligant quod sequantur, et sequendo fideliter adprehendant. Per.

*Secreta.*

**P**ropitius esto Domine supplicationibus nostris, et populi tui oblationibus, precibusq; susceptis, omnium nostrorum ad Te corda converte: ut a terrenis cupiditatibus liberi, in caelestibus desiderijs transeamus. Per Dnm.

**U** Tuum est enim omne quod vivimus, quia licet peccati vulnere natura nostra vitata sit: tui tamen est operis, ut ad terrena generati ad caelestia renascamur, Per Christum ...

*Post Com.*

**C**oncede nobis, quaesumus Domine: ut per haec sacramenta quae sumpsumus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsius medicationis dono curetur. Per D.

*XI. KL. Decemb. Vigil. Scae Ceciliae.*

**S**anctae Martyrae tuae Ceciliae Domine supplicationibus tribue nos fovere: ut cujus venerabilem sollemnitatem

fatem prevenimus obsequio ejus, ut intercessionibus  
Commendemus et meritis. Per.

*Secreta.*  
**M**uneribus nostris, Domine, Sancta Cecilia Martyra  
tua festa predicimus, ut qua conscientia nostra prepe-  
dimus obstaculis, illius meritis reddantur accepta. Per D.

*Post Com.*  
**Q**uesumus omnipotens Deus: ut quorum nos Tribuis  
Comunicare memorijs, eorum facias imitatores. Per.

*X. KL. Decemb. N. N. Sca Cecilia.*

**D**eus, cui Beata Cecilia ita castitatis devotione  
Conplacuit, ut Conjugem suum Valerianum, ad finemq[ue]  
suum Tiburtium Tibi fecerit consecrare, Nam et Angelo  
deferente migrantium odoriferas florum Coronas, pal-  
mamque Martyrij perceperunt, quesumus, ut ea inter-  
cedente pro nobis beneficia tui muneris percipere  
mereamur. Per.

*Secreta.*  
**H**ac hostia, Domine, placationis et laudis, quesumus:  
ut interveniente Beata Cecilia Martyre tua, nos propi-  
tiatione tua dignos semper efficiat. Per Dnm.

*Contestatio.*  
**V**D. Qui perficis in infirmitate virtutem: qui a  
Beata gloriosaque Cecilia despecto mundi conjugio ad  
Consortia superna contendens, nec etate mutabilis  
predicata est, nec inlecebris est revocata carnalibus,  
nec sexus fragilitate deterrita: sed inter puellares  
annos, inter seculi blandimenta, inter supplicia perse-  
quentium multiplicem victoriam Virgo casta Martyra  
implevit, et ad potiore[m] triumphum secum ad regna  
caelestia, cui fuerat nupta, perduxit. Et ideo.

*Post Com.*

*Post Com.*

**H**æc nos, Domine, gratia tua, quaesumus semper exerceat: ut divinis instauret nostra corda mysteriis, et Sancta Cecilia Martyra tua commemoratione letificet. Per.

*VIII. KL. Decemb. Natl. Sci. Clementis.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui in omnium sanctorum tuorum es virtute mirabilis: Da nobis in Beati Clementis annua solemnitate letari, qui filij tui Martyr et Pontifex, quod misterio gessit, testimonio comprobavit, et quod predicavit ore, confirmavit exemplo.

*Secreta.*

**S**acrificium Tibi laudis Domine offerimus pro Sancta celebritate Clementis, ut propitiationem tuam, quam nostris operibus non meremur, pijs suffragatoris intercessionibus adsequamur. Per.

*Post Com.*

**B**eati Clementis, Domine, Natalicio fidelibus tuis munere suffragetur, et qui Tibi placuit, nobis imploret auxilium. Per.

*Incipiunt Orat. de Adventu.**Dom. V. ante Natl. Dni.*

**E**xcita, Domine, potentiam tuam, et veni, et quod Ecclesia tua promissisti, usque in finem seculi clementer operare. Per.

*alia.*

**C**onscientias nostras quaesumus Omnipotens Deus, cotidie visitando purifica: ut veniente filio tuo Domino nostro paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Per.

*Secreta.*

**S**acrificium Tibi, Domine, celebrandum placatus intende: quod et nos a vitijs nostra conditionis emundet, et tuo nomini reddat acceptos. Per.

**VD.**

**VD.** Qui nos sicut nutrimentis instituens parvulorum dispensatis mentis et corporis alimentis, per humanorum foveas incrementa profectuum, donec immortalitatem, facietatemque pro nostro quique modulo finita mortalitate capiamus. Per Christum Dñm...

*Post Com.*  
**A**nima nostra quæsumus omnipotens Deus, hoc potentius desidero, ut a tuo spiritu inflammentur, ut sicut lampades divino munere faciati ante conspectum venientis Christi filij tui velut clara lumina fulgeamus.

**III. KL. Decemb. Vigil. Scti Andrea.**

Quæsumus omnipotens Deus, ut Beatus Andreas apostolus pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti a cunctis etiam periculis exuamur. Per.

**T**uere nos misericors Deus, et Beati Andrea apostoli tui, cujus natalicia prevenimus, semper gubernæ presidij.

*Secreta.*  
**S**acrandum tibi, Domine, munus offerimus, quo Beati Andrea sollempnia recolentes, purificatione quoque nostris mentibus imploramus. Per.

**VD.** Reverentia tue dicato jejunio gratulantes, quod apostolica Beati Andrea merita desideratis prevenimus officijs, et eadem celebranda sollempniter preparamus. Per Christum...

*Post Com.*  
**P**receptis, Domine, sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente Beato Andrea apostolo tuo, qua pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per.

**II. KL. Decemb. Natl. Sancti Andrea.**

**M**ajestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus: ut  
 sicut

sicut Ecclesia tua Beatus Andreas apostolus exhibit pre-  
dicator et rector; ita apud Te fit pro nobis perpetuus  
intercessor. Per Dnm.

**D**eus, qui humanum genus tuorum rebus preceptorum  
capere constituisti: respice propitius ad tanti sollempnia  
Piscatoris, et tribue, ut natalicia eius munere gratu-  
lantes eterne vite premia consequamur. Per Dnm.

*Secreta.*

**S**acrificium nostrum Tibi, Domine quaesumus, Beati  
Andree precatio sancta conciliet: ut in cuius honore sol-  
lemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per.

**V**. Adest enim nobis dies magnificus votiva mysteria  
venerandis Andreas germanus gloriosi apostoli tui Petri,  
tam predicatione Christi tui, quam conversatione monstravit,  
ut id, quod libera predicaverat voce, nec pendens faceret in  
cruce, auctoremque vite perennis tam in hac vita sequi,  
quam in mortis genere meruit imitari, ut cuius pre-  
cepto terrena in semetipso crucifixerat desideria, eius  
exemplo ipso patibulo fieretur; utriusque igitur germine  
piscatores ambo cruce elevantur ad caelum, ut quos in  
huius vite cursu gratia tua tot vinculis pietatis obstrin-  
xerat, singulis in regno caelorum nequere et coronaret,  
et quibus erat una causa certaminis, una retributio esset  
et premij. Per Christum...

*Post Com.*

**B**eati Andree apostoli tui, Domine quaesumus, inter-  
cessione nos adjuva, pro cuius sollempnitate percepimus  
tua sancta letantes. Per.

*ad Populum.*

**B**eati Andree apostoli supplicatione, quaesumus Dne,  
plebs tua benedictionem percipiat: ut de eius meritis  
et feliciter gloriatur, et sempiternis valeat consortijs  
sociata letari. Per.

*ad Vesp.*



*ad Vesp.*

**D**a nobis quaesumus Domine Deus noster Beati apostoli  
sui Andreae intercessionibus sublevari: ut per quos Eccle-  
siae tuae superni muneris rudimenta donasti, per eos  
subsidia perpetuae salutis inpendas. Per.

**E**xaudi Domine populum tuum cum Sancti apostoli  
sui Andreae patrocinio supplicentem: ut tuo semper auxilio  
secura tibi possit devotione fervire. Per.

*Dom. III. Ante Natl. Dni.*

**E**xcita, Domine quaesumus, potentiam tuam veni, ut  
ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te me-  
reamur protegente eripi, te liberante salvari. Per.

**P**raeveniat nos quaesumus omnipotens Deus tua gratia  
semper et subsequatur: ut per adventum unigeniti tui,  
quem summo cordis desiderio sustinemus, et praesentis vite  
subsidia et futura etiam consequamur. Per.

*Secreta.*

**H**ac sacrosanctos, Domine, potenti virtute mundatos, ad suum  
faciant puriores venire principium. Per.

**U**. Cui proprium est ac singulare, quod bonus es, et nulla  
umquam a te es communicatione diversus: Propitiare sup-  
plicationibus nostris, et Ecclesiae tuae misericordiam tuam,  
quam confitemur, ostende; manifestans plebi tuae unige-  
niti tui mirabile sacramentum, ut in universitate natio-  
num perficiatur, quod per verbi tui Evangelium promi-  
sisti, et habeat plenitudo adoptionis, quod pertulit festi-  
ficatio veritatis. Per Christum...

*Post Com.*

**S**uscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio templi  
tui, et reparationis nostrae ventura sollemnia congruis  
honoribus precedamus. Per.

*Orationes de Adventu Dni  
Cotidianis diebus ad Missam.*

Deus,

**D**eus, qui conspicias, quia in tua pietate confidimus,  
Concede propitius, ut de caelesti semper protectione  
gaudeamus. Per.

**S**ubveniat nobis, Domine, misericordia tua: et ab inmi-  
nentibus peccatorum nostrorum periculis Te mereamus ve-  
niente Salvari. Per.

*Secreta.*

**G**rata Tibi sint, Domine, munera, quibus mysteria ce-  
lebrantur nostrae libertatis et vitae. Per.

*Post Com.*

**D**a quaesumus Omnipotens Deus cuncta familiae tuae  
hanc voluntatem in Christo filio tuo Domino nostro ve-  
niente in operibus justis aptos occurrere, ut Ejus Dextera  
sociati regnum mereantur possidere caeleste. Per.

*Item alia Missa.*

**E**xcita Domine potentiam tuam et veni, ut tua  
propitiatione salvemur. Per.

**F**estina, ne tardaveris Domine Deus noster, et a diabo-  
lico furore nos potenter libera. Per.

*Secreta.*

**I**ntende, quaesumus Domine, sacrificium singulare,  
ut hujus participatione mysterij, qua speranda credimus,  
expectata sumamus. Per.

*Post Com.*

**H**os, quos reficis sacramentis, adtolle benignus au-  
xilij, ut tuae redemptionis effectum et mysterijs acci-  
piamus et moribus.

*Alia Orationes de Adventu Domini.*

**C**oncede quaesumus Omnipotens Deus, ut magna festivi-  
tatis venturae sollemnia prospero celebremus effectu,  
pariterque reddamur et intenti caelestibus disciplinis, et  
de nostris temporibus leticiores. Per.

**Mentes**

**M**entes nostras, quaesumus Domine, lumine tuae visita-  
tionis inlustrata; ut esse, Te largiente, mereamur et inter  
prospera humiles, et inter adversa securi. Per.

**P**reces populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi:  
ut qui de adventu unigeniti filij tui secundum carnem  
laetantur, in secundo cum venerit in maiestate sua, pre-  
mium vitae aeternae percipiant. Per Dñm.

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus; ut filij tui venturae  
sollemnitas et praesentis nobis vitae remedia conferat, et  
praemia aeterna concedat. Per.

**C**oncede quaesumus omnipotens Deus: ut quia sub pec-  
cati iugo ex vetusta servitute deprimimur, expectata  
unigeniti filij tui nova natiuitate liberemur. Per.

*Dom. III. ante Nat. Dñi.*

**E**xcita Domine corda nostra ad preparandas unige-  
niti tui vias: ut per eius adventum purificatis tibi men-  
tibus servire mereamur. Per.

**P**recinge Domine Deus nosseos lumbos mentis nostrae  
divina virtute potenter, ut venientem Dominum nostrum  
Iesum Christum filium tuum digni inveniamur aeterna  
vitae convivio, et vota caelestium dignitatum ab ipso per-  
cipere mereamur. Per.

*Secreta.*

**P**lacare, Domine quaesumus, humilitatis nostrae precibus,  
et hostijs: et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum,  
tuis nobis indulgentiae succurre praesidijs. Per.

*Post Com.*

**R**epleti cybo spiritalis alimoniae supplices Te Domine  
deprecamur: ut huius participatione mysterij, doceas nos  
terrena despiciere, et amare caelestia. Per Dñm.

*Dom. II.*

**Dom̄. II. ante Nat̄. Dñi.**

**A**urem tuam, quaesumus Dñe, precibus nostris accom-  
moda, et mentis nostra tenebras, gratia tuae visitationis  
inlustra. Per.

**F**ac nos, quaesumus Dñe Deus noster, pervigiles atque  
solicitos adventum expectare Christi filij sui Domini nostri,  
ut dum venerit pulsans non dormientes peccatis, sed vi-  
gilantes et in suis inveniat laudibus exultantes. Per.

**Secreta.**

**D**evotionis nostrae Tibi, quaesumus Dñe, hostia jugiter  
immoletur: quae et sacri peragat instituta mysterij, et  
salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per.

**V**erentes gratiarum de preteritis muneribus  
actionem promptius, quae ventura sunt prestanda Con-  
fidimus, Nec est nobis seminum desperanda fecunditas,  
cum pro supplicationibus nostris annua devotione vene-  
randus etiam Matris virginis fructus salutaris interve-  
nit Christus Dominus noster; Per quem...

**Post Com̄.**

**I**nploramus, Domine, Clementiam tuam, ut haec di-  
vina subsidia a vitijs expiatis, ad festa ventura nos pre-  
parent. Per Dñm.

**mens. Xma.****FR̄. III. ad Sc̄am Mariam.**

**P**rocta quaesumus omnipotens Deus: ut redemptionis  
nostrae ventura sollemnitas et presentis nobis vita sub-  
sidia conferat, et aeternae Beatitudinis premia largiatur.  
Per Dñm.

**F**estina, quaesumus Domine, ne tardaveris: et auxilium  
nobis supernae virtutis impende: ut adventus tui con-  
solationibus subleventur, qui in tua pietate confidunt. Per.

**Secreta.**

**E**cclēsiā tuā Domine munera placatus adsume, quae  
et

et misericors offerenda tribuisti, et in nostra salutis poten-  
ter efficis transire mysterium. Per.

**VD.** Jejunij observatione querere qui sanctificator  
et institutor es abstinentiae, cuius nullus finis, nullusq[ue]  
numerus est, effunde super nos in diebus jejuniorum nos-  
trorum spem gratiae salutaris, et ab omnibus nos pertur-  
bationibus saeculi huius tua defensione conserva. Per...

*Post Com.*

**T**uorum nos Domine largitate donorum et temporali-  
bus adtolle presidijis, et renova sempiternis. Per D.

*Super OBL.*

**G**ratia tua, quaesumus Domine, supplicibus tuis tri-  
bue largitatem, ut mandata tua Te operante sectantes  
consolationem praesentis vitae percipiant et futura. Per.

*FR. VI. ad Apostolos.*

**E**xcita, quaesumus Dñe, potentiam tuam, et veni: ut  
hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adver-  
sitate liberentur.

**P**rope esto, Domine, omnibus expectantibus Te in ve-  
ritate, ut in adventum filij tui Domini nostri placitis  
sibi actibus presentemur. Per Eundem.

*Secreta.*

**P**raesta Domine quaesumus, ut dicato munere congru-  
ente nostra devotionis offeramus affectum. Per.

**VD.** Qui non solum peccata dimittis, sed ipse etiam  
iustificas peccatores, et reis non tantum poenam relaxas,  
sed donas et premia. Per Christum...

*Post Com.*

**P**rosint nobis Domine sumpta mysteria, pariterque nos  
et a peccatis exuant, et presidijis tuae propitiationis ad-  
sollant. Per.

*Sup.*

*Sup. OBL.*  
**E**xaudi Domine populum tuum tota Tibi mente sub-  
 jectum: ut corpore et mente protectus, quod pie credit,  
 tua gratia consequatur. Per D.

*Sabb. ad S<sup>m</sup> Petrum. in XII. Lect.*

**D**eus, qui conspicias, quia ex nostra pravitate affli-  
 gimur: Concede propitius, ut ex tua visitatione conso-  
 lemur. Per D.

*alia.*

**A**desto Domine supplicationibus nostris, et presentis  
 vota jejunii placita Tibi devotione exhibere concede. Per.

**I**ndignos nos, quaesumus D<sup>ne</sup>, famulos tuos, quos actionis  
 propria culpa contristat: Unigeniti filij tui nos adventu  
 letifica. Per.

*Post Bened.*

**D**eus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium:  
 Concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flama  
 vitiorum. Per.

*Secreta.*

**E**ccl<sup>es</sup>ia tua, Domine, munera sanctifica: Concede, ut  
 per haec veneranda mysteria Pane caelesti refici mereamur.  
 Per.

**¶** Quoniam salubre meditantes jejunium necessaria  
 curatione tractamus, et per observantia competentes ob-  
 sequium, de perceptis gratis muneribus, de percipiendis  
 efficiamur gratiores, ut non solum terrena felicitate le-  
 temur, sed Nativitatem Panis eterni purificatis suscipia-  
 mus mentibus honorandum Per Christum...

*Post Com.*

**Q**uaesumus Domine Deus noster, ut sacrosancta mysteria  
 qua preparationis nostrae munimine contulisti: et presens  
 nobis remedium esse facias et futurum. Per.

*Sup. Populum.*

**V**eniat, Domine quaesumus, populo tuo supplicanti tua  
 Bene-

Benedictionis infusio, qua diabolicas ab eodem repellat infidias, qua fragilitatem mundet et protegat, qua inoprem sustentet et foveat. Per.

*Die Dom. vacat.*

**E**xcita <sup>Dñe</sup> potentiam tuam et veni, et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata prepediunt, indulgentia tua propitiationis acceleret.

Per D.

*Alia.*

**A**djuva Domine fragilitatem plebis tuae, ut ad votiva magno festivitatis effecti et corporaliter gubernata recurrat, et perpetuam gratiam devota mente perveniat. Per.

*Secreta.*

**S**acrificijs presentibus, Dñe, placatus intende, ut et devotioni nostrae proficiant et saluti. Per.

**U** Sanctificator et Conditor generis, qui filio tuo tecum eterna claritate regnante cum de nullis exstantibus cuncta protulisses hominem limosi pulveris inibijs inchoatum ad speciem sui decoris animasti, eumque credula persuasione deceptum reparare voluisti, spiritualis gratiae aeternae suffragia mittendo nobis Iesum Christum Dñm nostrum, Per quem ...

*Post Com.*

**S**umptis Domine muneribus quaesumus, ut cum frequentatione mysterij crescat nostrae salutis effectus. Per.

*XII. KL. Jan. Nat. Sci. Thomae Apstli.*

**D**a nobis, quaesumus Domine, Beati apostoli tui Thomae sollemnitatibus gloriari, ut eius semper et patrocinij sublevemur, et fidem congrua devotione sectemur. Per.

*Secreta.*

**D**ebitum, Dñe, nostrae reddimus servitutis, suppliciter exorantes, ut suffragijs Beati Thomae apostoli in nobis sua munera fideas, cujus honoranda confessione laudis Tibi hostias immolamus. Per.

**U**

**VD.** Quia Ecclesiam tuam in apostolicis tribuisti confis-  
tere fundamentis, decorum Collegio Beati Thomae sollemniter  
celebrantes tuum Domine preconium non facimus. Et ideo...

*Post Comunionem.*

Conserua Domine populum tuum, et quem Sanctorum  
tuorum presidys non desinis adiuuare, perpetuis tribue  
quodere remedijs. Per.

*Denunciatio Nat. unius Martyris.*

Noverit vestra devotio, Sanctissimi fratres, quod B.  
Martyris ill. Anniversarius dies intrat, quod diaboli  
temptationes exsuperans universitatis Creatori gloriosa  
passione conjunctus est. Per.

*Item Pluraliter.*

Quod diaboli temptamenta vincentes universitatis  
Creatori gloriosa passione conjuncti sunt. Ideoque Dnm  
conlaudemus, qui est mirabilis in sanctis suis, ut qui illis  
victoria coronam contulit, nobis eorum meritis delicto-  
rum indulgentiam largiatur. In illo igitur loco, vel in  
illa via, illa feria hanc eandem festivitatem sollicita de-  
votione celebremus. Per.

*In Nat. unius Sancti.*

Qua sumus omnipotens Deus, ut nostra devotio, qua  
natalicia Beati ill. Martyris et Confessoris antecedit,  
patrocinia nobis eius accumulet. Per.

*Secreta.*

Magnifica Domine Beati ill. sollemniter recensemus,  
qua promptis cordibus ambientes oblati muneribus et  
suscipimus, et preimus. Per.

*Post Com.*

Sancta tua Domine Beati ill. Martyris preciosa passione,  
et sollemniter, qua preimus, nos refovent, quibus et jugiter  
satiatur, et semper desideramus expleri. Per.

*In*



*In Natl. unius Martyris.*

**V**otivus nos, Domine quaesumus, Beati Martyris tui etc. Natalis semper excipias, qui et iocunditatem nobis tuae glorificationis infundas, et Tibi nos reddat acceptos. Per.

*Secreta.*

**P**raesentia munera, quaesumus Domine, ita serena pietate intueri, ut Sancti Spiritus perfundantur benedictione, ut in nostris cordibus eam dilectionem validam infundant, per quam Sanctus Martyr etc. omnia corporis tormenta devicit. Per.

**U**. Te semper in laude Martyrum honorare, et in presenti festivitate Sancti Martyris tui etc. Te confitentes gratias agere, cui dedisti caelestis palmae triumphum, nobis eo suffragante emendationem ac veniam concede peccati, ut in Te etiam exultemus in misericordia, in quo ille letatur in gloria Per Christum ...

*Post Com.*

**S**umpsimus, Domine, Sancti etc. Martyris sollemnitate caelestia sacramenta: cuius suffragijs, quaesumus, largiaris, ut quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per.

*Super Populum.*

**P**lebs tua, Domine, Sancti Martyris tui etc. Te glorificatione magnificet, et eodem semper precante Te mereatur habere rectorem. Per.

*Alia Orat.*

**S**ancti etc. Martyris tui, Domine, nos oratio sancta conciliet, et quae sacris virtutibus veneranda resulget.

*In Natl. unius Confessoris.*

**A**desso, Domine, precibus nostris, quas in Sancti Confessoris tui etc. commemoratione deferimus, ut qui nostra iustitiae fiduciam non habemus, Ejus qui Tibi placuit, precibus adjuvemur. Per.

**S**ancti Confessoris tui etc. nos, quaesumus Dñe, fieri presidij, et Ejus semper intercessionibus adjuvemur. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**P**ropitiare, Domine quæsumus, supplicationibus nostris, et interveniente pro nobis sancto ill. Confessore tuo his sacramentis celestibus fervientes ab omni culpa liberos esse concede, ut purificante nos gratia tua his quibus famulamur, mysterijs emundemur. Per.

*Post Com.*

**U**t nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem, Beatus Confessor tuus ill. quæsumus precatōis accedat. Per.

*alia.*

**M**isericordiam tuam, Domine, nobis quæsumus interveniente Beato Confessore ill. Clementer impende, et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragijs. Per Dñm.

*In Natl. Virginum.*

**D**eus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragili virtutem Martyrij contulisti: Concede propitius, ut cuius natalicia colimus, per ejus exempla ad Te gradiamur. Per.

*Secreta.*

**H**offias Tibi, Domine, Beata ill. Martyra tua dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per.

*Post Com.*

**A**djuvent nos, quæsumus Dñe, et hac mysteria sancta, qua sumpsimus, Beata ill. intercessione veneranda. Per.

**D**eus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in fragili sexu victoriam castitatis et Martyrij contulisti: Da quæsumus, ut Beata et sancta Virginis Martyrago tua ill. adjuvemur meritis, cuius beatitudinis irradiamur exemplis. Per.

*In Natl. plurimorum Sanctorum.*

**P**resta Domine quæsumus, ut sicut sanctorum tuorum nos natalicia celebranda non deserunt: ita jugiter suffragijs comitentur. Per.

**S**ancti tui, quæsumus Dñe, jugiter nobis a Te et veniam postulent et profectum. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**M**unera plebis tua, Domine quaesumus, Beatorum sanctorum tuorum illorum fiant grata suffragijs, et pro quorum triumphis tui nominis offeruntur, ipsorum digna perficiantur et meritis. Per.

**U**. Et Te in tuorum honore sanctorum illorum glorificare, qui et illis pro certaminis constantia beatitudinem tribuisti sempiternam, et infirmitati nostrae talia prestasti suffragia, qua pro eorum meritis possis audire dignantes. Per Christum...

*Post Com.*

**E**t Natalicij sanctorum, Domine, et Sacramenti munere vegetati quaesumus: ut bonis quibus perpetuam gratiam nunc fovemus, perfruamur aeternis. Per.

*Alia Orat.*

**T**ribue, quaesumus Domine, sanctos tuos jugiter orare pro nobis, et semper clementer audire. Per.

*In Natl. plurimorum Martyrum.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui per gloriosa bella certaminis ad immortalitatis triumphos Martyres exulisti: Da cordibus nostris dignam pro eorum commemoratione leticiam, ut quorum hic corpora pio amore amplectimur, eorum precibus adjuvemur. Per.

*Secreta.*

**S**alutari Sacrificio, Domine, populus tuus semper exulet, quo et debitus honor sacris Martyribus exhibetur, et sanctificationis tuae munus adquiritur. Per.

**U**. Qui sanctorum Martyrum tuorum certamina ad copiosam perducis victoriam, atque perpetuum largiris triumphum, ut in exemplum Ecclesiae tuae per innumerosa proficiant secula; Presta nobis per eorum, quorum festa celebramus, intercessionem tuae pietatis aeternum perfrui auxilium. Per.

*Post Com.*

**Q**ua pro Martyrum tuorum illorum beata Passione peregrinamus,

peregimus: ipsorum nobis, quossumus, fiant intercessione salutaria, in quorum Natalicijs sunt exultantes impleta. Per.

*alia.*

Concede quossumus omnipotens Deus: ut Sanctorum Martyrum, quorum celebramus victoriam, participemus et premijs. Per.

*Missa votiva in Sanctorum Ferijs.*

Omnipotens et misericors Deus, cui redditur votum in hierusalem, per merita et intercessionem Beati ill. Martyris sui exaudi preces famuli sui ill. Memor esto sacrificij eius: pingue fiat holocaustum eius: Tribue ei, quossumus, divitias gratia tua. Comple in bonis desiderium, Corona eum in miseratione et misericordia, Tibique Domino pia devotione jugiter famuletur, ignosce ei facinora et ne lugenda committat, paterna pietate castiga. Per.

*Secreta.*

Exaudi omnipotens Deus deprecationem nostram pro famulo tuo ill. qui in honore Sancti ac Beatissimi ill. Oblationem Tibi offert, ut per eius merita vota perficiant, petitiones eius ascendant ad aures clementia tua, et descendat super eum pia benedictio tua, ut sub umbra alarum suarum protegatur, et orationes nostra Te propitiante, non refutentur, sed omnibus auxiliare atque defende. Per.

*Post Communionem.*

Muneris divini percepti, quossumus Dñe, ut devotionem famuli sui ill. Confirmes in bono, et mittas ei auxilium de Sancto, et de non fuere eum. Per.

*Incipiunt Orationes Cotidianis diebus ad Missam cum Canone.*

Perpetua, quossumus Domine, pace custodi, quos in Te sperare donasti. Per.

Adesto nobis misericors Deus et tua pietatis in nobis propitius dona concede. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**A**desto nobis, quaesumus Dñe, et preces nostras benignus exaudi, ut quod fiducia non habet meritorum, placationis obtineat hostiarum. Per.

*Post Com.*

**M**ysteria sancta nos, Domine, et spiritalibus expleant alimentis, et corporalibus tueantur auxilijs. Per.

*ad Populum.*

**P**rotector in Te sperantium Deus, et subditarum Tibi mentium custos, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et pia populi tui vota benignus exaudi. Per.

*Item alia Missa.*

**E**xaudi nos miserator et misericors Deus, et continentiae salutaris propitius nobis dona concede. Per.

**P**lebs tua Deus ad te corda converte: ut tuo munere talis existat, cui Tu perpetua beneficia largiaris. Per.

*Secreta.*

**H**ostias, quaesumus Dñe, suscipe placatus oblatas, quas sanctificando nobis efficiant salubres. Per.

*Post Com.*

**S**ancta tua nos Domine quaesumus, et a peccatis exuant, et caelestis vitae vigorem confirmant. Per.

*ad Populum.*

**S**uscipe, quaesumus Domine, preces nostras, et ad aures misericordiae tuae postulationes sacratae Tibi plebis admittere. Per.

*Item alia Missa.*

**E**cclēsia tua, Domine, voces placatus admittere: ut destructis adversitatibus universis secura Tibi serviat libertate. Per.

**A**b omnibus nos defende, quaesumus Domine, semper adversis, et continuis fuisse presidij. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**O**fferimus Tibi, Domine, munera, quae dedisti, ut et creationis tuae circa mortalitatem nostram desisterentur auxili-  
lium, et remedium nobis immortalitatis operentur. Per.

**S**ursum corda. *R.* habemus ad Dominum.

**G**ratias agamus Dño Deo nostro. *R.* Dignum et iustum est.

**U**trumque et Salutare, Nos Tibi semper et ubique gratias agere Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus per Christum Dominum nostrum, Per quem Majestatem tuam laudant angeli, adorant Dominationes, tremunt pro-  
phetas, caeli caelorumque virtutes ac beata seraphim socii exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, suppliciter confessione dicentes.

*Scs Scs Scs Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis. Bene-  
dictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.*

**T**e igitur Clementissime Pater, per Jesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus et petimus, uti accepta habeas et benedicas, haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia inlibata, Inprimis quae Tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro ill. et Antistite nostro illo.

**M**emento Domine famulorum famularumque tuarum, Et omnium circum adstantium, quorum Tibi fides cognita est, et nota devotio, qui Tibi offerunt *Hoc sacrificium* laudis pro se suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae.

**M**emento etiam, Domine, et animarum famulorum famularumque tuarum fidelium Catholicorum in Christo quiescentium, qui nos precesserunt, illorum et illarum, qui per  
Ely-

Ellymofinam et Confessionem Tibi reddunt vota sua aeterno Deo vivo et vero.

**C**ommunicantes et memoriam venerantes, In primis gloriosa semperque Virginis Maria, Genitricis Dei et Dñi nostri Ihesu Christi: **Sed** et Beatorum Apostolorum, ac Martyrum suorum **Petri Pauli Andreae Jacobi Johannis Thomae Jacobi Philippi Bartholomaei Mathei Simonis et Taddei Lini Cleti Clementis Syxti Cornelij Cypriani Laurentij Chrysogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani Hilarij Martini Augustini Gregorij Hieronimi Benedicti**, et omnium Sanctorum suorum, quorum meritis et precibusque concedas, ut in omnibus protectionis suae muniamur auxilio. Per Christum Dñm nrm.

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quaesumus Domine, placatus accipias, deosque nostros in tua pace dispone, atque ab aeterna damnatione nos eripias, et in Electorum suorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quaesumus, **Benedictam Ascriptam Rationabilem acceptabilemque** facere digneris: **Ut** nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Ihesu Christi.

Qui pridie quam pateretur **Accipit** panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et elevatis oculis in caelum ad Te Deum Patrem suum omnipotentem Tibi gratias agens **Benedixit fregit dedit** discipulis suis dicens: accipite et manducate ex hoc omnes.

**Hoc** est enim Corpus meum. Simili modo postquam canatum est, **Accipiens** et hunc praecclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas item Tibi gratias agens **Benedixit dedit** discipulis suis dicens:

dicens: Accipite et Bibite ex eo omnes.

**H**ic est enim Calix Sanguinis mei, novi et  
aeterni Testamenti: Myſterium fidei, qui  
pro vobis et pro multis effundetur in  
remiſſionem peccatorum.

**H**ae quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis.

**U**nde et memores ſumus Domine nos tui ſervi, ſed et  
plebs tua ſancta Chriſti filij tui Domini noſtri ſan. Beate  
Paſſionis, nec non et ab inferis reſurrectionis, ſed et in  
caelos glorioſa aſcenſionis: offerimus preclara Majeltati tuae  
de tuis donis ac datis, **H**oſtiam puram, **H**oſtiam ſanctam,  
**H**oſtiam immaculatam, **P**anem ſanctum vite aeternae et  
Calicem ſalutis perpetuae.

**S**upra quae propitio ac ſereno vultu reſpicere dignare,  
et accepta habere, ſicuti **A**cepta habere dignatus es munera  
pueri tui juſti Abel, et ſacrificium Patriarchae noſtri  
Abrahae, et quod tibi obtulit ſumus ſacerdos tuus Melchi-  
ſedech **S**anctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam.

**S**upplices Te rogamus Omnipotens Deus: **J**ube haec  
perferri per manus angeli tui in ſublime Altare tuum,  
in Conſpectu divinae Majeltatis tuae: ut quotquot ex hac  
altaris participatione Sacroſanctum filij tui **C**orpus et  
**S**anguinem ſumpſerimus, omni Benedictione caeleſti et  
gratia repleamur. Per Chriſtum Dñm nrm.

**M**emento etiam, Domine, et eorum nomina, qui nos  
preceſſerunt cum ſigno fidei et dormiunt in ſomno pacis.

**I**ſtis Domine, et omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum  
refrigerij, lucis et pacis, ut indulgeas deprecamur. Per  
Chriſtum Dominum noſtrum.

**N**obis quoq; peccatoribus, ſamulis tuis de multitudine  
miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam et ſocie-  
tatem donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis et Martyribus.

**C**um



Cum **J**ohanne **S**tephano **M**athia **B**arnaba **J**gnatio **A**le-  
xandro **M**arcellino **P**etro **F**elicitate **P**erpetua **A**gatha  
**L**ucia **A**gne **C**ecilia **A**nastasia, et cum omnibus sanctis  
suis: intra quorum nos consortium, **N**on estimator meriti,  
Sed venia, quaesumus, largitor admitte. Per christum  
Dominum nostrum.

**P**er quem haec omnia, Domine, semper bona creas, sancti-  
ficas, vivificas, benedixis et praestas nobis. **P**er ipsum  
et cum ipso, et in ipso, est Tibi Deo Patri omnipotenti,  
in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria.

**P**er omnia secula seculorum. **R.** Amen.

**O**remus. **P**receptis salutaribus moniti, et divina in-  
stitutione formati audemus dicere.

**P**ater noster, qui es in caelis, sanctificetur Nomen tuum.

**L**ibera nos, quaesumus Domine, ab omnibus malis praeteri-  
tis, presentibus et futuris, et intercedente Beata et gloriosa  
Semperq; Virgine Dei genitrice Maria, et sanctis aposto-  
lis suis Petro et Paulo, atq; andrea et Beatis Confessori-  
bus suis illis. Da propitius pacem in diebus nostris, ut  
ope misericordiae tuae adjuvi et a peccatis simus liberi  
Semper, et ab omni perturbatione securi. Per Dnm.

**P**ax Domini sit semper vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Post haec commonenda est plebs pro jejuniis primi III.  
VII. et X. mensis temporibus suis sive per scrutinis  
vel aurium apertionum sive orandum pro infirmis,  
vel ad nuntiandum Natalicia Sanctorum.

Post haec comunicat sacerdos cum ordinibus sacris cum  
omni populo.

**Post Comunionem.**

Quos caelesti, Dne, alimento satiasti, apostolicis intercessio-  
nibus ab omni nos, quaesumus adversitate custodi. Per.

**Lati**

**L**eti, Domine, sumpsimus sacramenta caelestia, in-  
tercedente pro nobis Beata et gloriosa semperque Virgine  
Dei Genitrice Maria ad vitam proficiant sempiternam. Per.

**A**ugeatur in nobis, Domine quaesumus, tua virtutis  
operatio, ut divinis vegetati sacramentis ad eorum pro-  
missa capienda tuo munere prepareremur. Per. *Domini.*

**O**mnipotens Deus fac nos Tibi semper et devotam  
gerere voluntatem, et Majestati tuae sincero corde famulari. Per.

**M**ysteria nos, Domine, Sancta purificent, et suo mu-  
nere faveantur. Per.

**Q**uos tantis, Domine, largiris uti mysterijs, quaesumus,  
ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per.

**M**ensa tua nos, Domine, a delectationibus terrenis ex-  
pediat, et caelestibus semper instituat alimentis. Per.

**T**ui nobis, Domine, Communionis Sacramenti et purifica-  
tionem conferat, et tribuat unitatem. Per.

**T**ua sancta nobis omnipotens Deus, et indulgentiam  
prebeant, et auxilium perpetuae defensionis impendant. Per.

**T**ua nos, Domine, medicinalis operatio et a nostris per-  
versitatibus clementer expediat, et tuis faciat semper  
inherere mandatis. Per.

**P**urificent semper et muniant tua sacramenta nos Domine,  
et ad perpetua ducant salvationis effectum. Per.

**Q**uaesumus omnipotens Deus, ut munere divino, quod  
sumpsimus, salutaris nobis proficiat effectu. Per.

*Item Benedictiones Super Populum.*

**D**omine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus de  
abundantia misericordiarum tuarum famulos tuos et fa-  
mulas tuas presta locupletes, presta securos, ut confirmati  
bene-

Benedictionibus suis abundet, in omni gratiarum actione,  
Teque perpetua exultatione Benedicant. Per.

*alia.*

**G**regem tuum Pastor bone placatus intende, et oves, quas  
pretioso sanguine redemisti, diabolica non finas incursione la-  
cerari. Per.

**B**enedic Domine hanc familiam tuam in caelestibus, et  
reple eam donis tuis spiritalibus: Concede eis Caritatem,  
gaudium, pacem, patientiam, bonitatem, mansuetudinem,  
spem, fidem, Continentiam, ut repleti omnibus castitatem  
donis tuis desiderantes, ad Te pervenire mereantur. Per.

**B**enedicat vos Deus omni Benedictione caelesti, sanctosque  
puros efficiat in conspectu suo, superabundent in vos divitis  
gloria ejus, verbo veritatis instruat, Evangelio salutis eru-  
diat, omniumque sanctorum Caritatem locupletet. Per.

**P**lebs tua, quaesumus Domine, ad Te corda semper converte:  
et quam tantis facis patrocinij, adjuvari, perpetuis non  
desinas gubernare presidij. Per.

**P**ropitiare populo tuo Deus, ut a suis pravitatibus libe-  
ratus, et toto Tibi corde deserviat, et sub tua semper pro-  
tectione consistat. Per.

**T**uere Domine quaesumus, familiam tuam: et spiritalibus  
instrue disciplinis. Per.

*alia.*

**F**amiliam tuam, Domine, pervigili protectione conserva,  
et perpetuis defende presidij: ut omni semper inordina-  
tione seclusa jugiter providentia dirigatur. Per.

*Expliciuunt Benedictiones anni  
Circuli est Numerus LXXII.*

*Incipit*

*Incipit Liber Secundus de extrema Parte.*

*Orationes ad Matutinis.*

**M**atutina supplicum vota, Domine, propitius intueere, et occultis cordis nostri remedio tua glorifica pietatis, ut desideria tenebrosa non teneat, quos lux celestis gratia reparavit. Per Dnm. *alia.*

**E**mitte, quaesumus Domine, lucem tuam in cordibus nostris, et mandatorum tuorum lucem perpetuam: ut in via tua ambulantes nihil patiamur erroris. Per.

**D**eus, qui diem discernis ac noctem, actus nostros a tenebrarum distingue caligine, ut semper quae sancta sunt meditantem in tua jugiter laude vivamus. Per.

*aliae Orationes. ad Vesp̄r̄.*

**O**riatur Domine nascentibus tenebris aurora iustitiae, ut peracto die tibi suppliciter gratias agentes, etiam mane dignanter respicias vota solventes. Per Dnm.

*alia.*

**T**uus est dies, Domine, et tua est nox, Concede solem iustitiae permanere in cordibus nostris ad repellendas tenebras cogitationum iniquarum. Per.

*alia oratio.*

**V**ox nostra Te, Domine, semper deprecetur, et ad aures tuae pietatis ascendat. Per.

*alia.*

**P**raesta quaesumus Omnipotens Deus, ut liberis tibi mentibus serviamus. Per.

*alia.*

**U**t tuam, Domine, misericordiam consequamur: fac nos tibi toto corde esse devotos. Per.

*alia.*

**T**ua nos, Domine, veritas semper inluminet: et ab omni pravitate defendat. Per.

**S**uscipe

**S**uscipe, Domine, preces nostras: et clamantium ad Te pia corda propitius intende.

**C**unctas, Domine, semper a nobis iniquitates respelle: et ad vitam salutis aeternae securam mentem curramus.

**R**edemptor noster aspice Deus: et Tibi nos jugiter servare concede. Per.

**A**cunctis iniquitatibus nostris exue nos Domine: et in tua fac pace gaudere. Per.

**S**alva nos omnipotens Deus: et lucem nobis concede perpetuam. Per.

**T**ua nos, quae sumus Dñe, gratia benedicat: et ad vitam perducatur aeternam. Per. D.

**F**ac nos, Domine <sup>alia.</sup> quae sumus, mala nostra toto corde respicere, ut bona tua capere valeamus. Per.

**E**xaudi nos <sup>Item alia.</sup> misericors Deus, et mentibus nostris gratiae lumen ostende. Per.

**A**bsolve, Domine quae sumus, nostrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur averte.

**C**lamantes ad Te Deus dignanter exaudi: ut nos de profundo iniquitatum eripias, et ad gaudia aeterna perducas.

**R**espice nos misericors Deus: et homini tuo perfice veraciter obsequentes.

**P**orrige nobis, Deus, dexteram tuam: et auxilium nobis supernae virtutis impendas. Per.

**I**niquitates nostras ne respicias Deus, sed sola nobis misericordia tua proferat indignis. Per.

**Oratio**

**Oratio ad Primam.**  
**D**omine Deus omnipotens, qui nos in hac hora prima per nocturnam Caliginem incolomes pervenire fecisti: Conserua nos hodie per omnium horarum spacia, et et momenta temporis et per tuam gratiam nos semper fac manere inlesos. Per.

**Orat. ad Tertiam.**  
**D**omine Deus Iesu Christe, qui hora tertia diei ad Crucis penam pro mundi salute ductus es: Te suppliciter deprecamur, ut nostra deleas peccata, ut et de praeteritis malis nostris custodias. Per.

**Orat. ad Sextam.**  
**D**omine Iesu Christe, qui tu hora Sexta pro redemptione mundi Crucis ascendisses lignum uniuersus mundus in tenebras conuersus est: illam nobis lucem in anima et corpore nostro semper tribue, per quam ad aeternam vitam pervenire mereamus. Per D.

**Orat. ad Nonam.**  
**C**onuenientes ad orationis horam nonam diei, fratres karissimi, in qua latro Confessus est et regnum Calorum pollicitum est ei: Ita et nos Confiteamur peccata nostra, ut regnum Calorum Consequi mereamus. Per Dnm.

### Incipit Ordo Baptisterij.

#### Missa. que per Scrutinium celebratur.

**D**a quaesumus Domine electis nostris digne atq; sapienter ad Confessionem tuae laudis accedere, ut dignitate pristina, quam originali transgressione perdiderant, per tuam gratiam refoventur. Per.

#### Secreta.

**M**iseratio tua, Deus, ad haec percipienda mysteria famulus tuus, quaesumus, et proveniat competenter, et devota conversatione perducatur. Per.

#### Intra actionem.

**M**emento Domine famulorum famularumq; tuarum;  
 qui

qui electos tuos suscepturi sunt ad sanctam gratiam Baptis-  
mi tui et facies, et recita nomina virorum ac mulierum, qui  
ipsos infantes suscepturi sunt et intras, et omnium circum-  
adstantium, quorum Tibi fides cognita est.

*Req.*

**H**anc igitur oblationem Domine ut propicius suscipias  
deprecamur, quam Tibi offerimus pro famulis et famu-  
labus tuis, quos ad aeternam et beatam gratia tua donum  
eligere atque vocare dignatus es, Per Christum...

Quam oblationem... *Et recitantur Nomina Electro-  
rum, postquam recensita fuerunt, dices.*

**H**os, Domine, fonte Baptismatis innovandos spiritus  
tui munere ad sacramentorum tuorum plenitudinem  
poscimus preparare. Per Christum...  
Diesque nostros...

*Post Comunionem...*

**A**desto, Domine, quaesumus, redemptionis effectibus, ut  
quos sacramentis aeternitatis instituis, eosdem prote-  
gas dignanter optatos. Per.

*Super Populum.*

**S**uppliciter, Domine, sacra familia munus tuae mise-  
rationis expectat: Concede quaesumus, ut quod Te ju-  
bente desiderat, Te largiente percipiat. Per.

*Item Missa pro Scrutinio.*

**O**mnipotens sempiternae, Deus, Ecclesiam tuam spiritali  
fecunditate multiplica, ut qui sunt generatione terreni,  
fiant regeneratione caelestes. Per.

*Secreta...*

**R**emedij sempiterni munera Domine letantes offeri-  
mus suppliciter exorantes, ut eadem nos et digne vene-  
rari et pro salvandis congruenter exhiberi proficias. Per.

*Infra*

*Infra actionem ut supra.**Post Comunionem.*

**T**u semper, quæsumus Domine, tuam adtolle benignus  
familiam: Tu dispone correctam: Tu propitius intueere  
subjectam: Tu gubernare perpetua benignitate salvandam.

Per.

**T**u famulis tuis, quæsumus Dñe, bonos mores placatus  
instilue: Tu in eis, quod Tibi placitum sit, dignanter  
infunde, ut et digni sint, et tua valeant beneficia pro-  
merere. Per.

*Item alia pro Scrutinio in auris apertione.*

**C**oncede, Domine, Electis nostris, ut sanctis edocti  
mysterijs et renouentur fonte Baptismatis, et inter  
Ecclesie tuae membra numerentur. Per.

**E**xaudi nos omnipotens Deus, et famulos tuos, quos  
fidei Christianæ primitijs imbuisti, hujus sacrificij tri-  
buis operatione mundari. Per.

*Infra Act. ut supra.**Post Comunionem.*

**C**oncurrat, quæsumus Dñe, populus tuus, et toto Tibi  
corde subjectus obtineat, ut ab omni perturbatione se-  
curus, et salvationis suæ gaudia promptus exerceat,  
et pro generandis benignus exoret. Per.

*ad Populum.*

**D**eus, qui consaluti hominum semper operaris, nunc  
tamen populum tuum gratia abundantiori multipli-  
cas: respice propitius ad electionem tuam, ut paternæ  
protectionis auxilio et regenerandos munias et renatos.  
Per.

*Denunt. pro Scrutinio, quod in eod. III.**in quadrag. Secunda feria iniecit.*

**S**crutinij diem, dilectissimi fratres, Electi nostri divi-  
nitus instruantur imminere cognoscite, ideoq; sollicita  
devotione



devotione Succeedente Sequa illa feria circa horam diei sextam convenire dignemini, ut caeleste mysterium quod diebus cum sua pompa destruetur, et janua regni caelestis aperitur, inculpabili, Deo jubente, ministerio peragere valeamus. Per.

*Aut ante horam quintam.*

**V**enerint ad Ecclesiam, scribantur nomina infantium ab acolito et vocantur in Ecclesiam per nomina sicut scripti sunt, et statuuntur masculi in dexteram partem, femina in sinistram, et adnuntiat Diaconus dicens: Orate Electi, flectite genua.

*Postquam oraverint dicit: Levate. Complete orationem vestram in unum et dicite: Amen.*

*Et respondent amen.*

**S**ignate illos, accedite ad Benedictionem. postquam signaverint, dicat orationem Presbyter super eos his verbis:

*Orationes super Electos ad Catecumenum faciendum.*

*Ex his tribus Orationibus unam.*

*Qualem volueris, dicens.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi respicere dignare super hos famulos tuos, quos ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem caecitatem cordis ab eis expelle: dirumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerant conligati. aperi eis Domine januam pietatis tuae, et signum sapientiae tuae in butri omnium cupiditatum foetore careant, et ad suavem odorem preceptorum tuorum tibi in Ecclesia deseruiant, et proficiant de die in diem, ut idonei efficiantur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per Dnm.

*Bene-*

*Benedictio Salis dandi Catecumenis.*

**E**xorcizo te Creatura salis in Nomine Dei Patris omnipotentis, et in Caritate Domini nostri Iesu Christi, et in virtute Spiritus sancti. Exorcizo te per Deum virum, et per Deum verum, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari precepit. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hæc Creatura Salis in Nomine sanctæ Trinitatis efficiatur salutare Sacramentum ad effugandum inimicum; quod Tu Domine sanctificando sanctifices, benedicendo benedicas, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum. In Nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.

*Expleta autem ista Oratione accipit de ipso sale, et ponit in ore infantium, dicendo:*

*Accipe ill. Salem Sapientia propiciatus in vitam æternam.*

**D**eus Patrum nostrorum, Deus universa Conditor veritatis, Te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum respicere digneris propicius, ut hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus Cybo expleatur Cælesti, quatenus sit semper Domine Spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper Nomini serviens. Perduc eum ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per.

*Tunc facit crucem in frontibus singulariter imponens manus super eos, dicens Oration. excelsa voce his verbis:*

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: Deus qui Moyse famulo tuo in monte Sinai apparuisti et filios Israël de terra

Terra Egypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis  
 tuae, qui custodiret eos die ac nocte. Te quaesumus Dñe,  
 ut mittere digneris sanctum angelum tuum similiter custo-  
 diat et hos famulos tuos ist. et perducat eos ad gratiam  
 Baptismi tui.

**E**rgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, et  
 da honorem Deo vivo et vero, da honorem Ihesu Christo  
 filio eius et spiritui sancto, et recede ab his famulis Dei,  
 quia istos sibi Deus et Dominus noster Ihesus Christus ad suam  
 sanctam gratiam et benedictionem, fontemq; Baptismatis  
 dono vocare dignatus est, per hoc signum sanctae crucis  
 frontibus eorum, quod nos damus, te maledicte diabole  
 numquam audeas violare. Per.

*Super Feminas.*

**D**eus caeli, Deus terra, Deus Angelorum, Deus Arch-  
 angelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus  
 virginum, Deus omnium bene viventium, Deus cui  
 omnis lingua confitetur et omne genu flectitur caelestium  
 et terrestrium et infernorum. Te invoco Domine, ut has  
 famulas tuas perducere eas et custodire digneris ad  
 gratiam Baptismi tui. **E**rgo maledicte. *ut supra.*

*Item adnuntiat Diaconus, ut supra, sup masculos.*

**A**udi maledicte Satanas, adjuro te per nomen aeterni  
 Dei et salvatoris nostri filij Dei, cum tua victus invidia  
 fremens gemensq; discede. Nihil sit tibi comune cum  
 servis Dei, iam caelestia cogitantibus, renunciaturis  
 tibi ac seculo tuo et beatae immortalitatis victuris.  
 Da igitur honorem advenienti spiritui sancto, qui summa  
 caeli archa discedens profurbatis fraudibus suis divino  
 purgata pectora, id est sanctificata Deo Templum et  
 habitum perficiat, et ab omnibus penitus noxuris prete-  
 ritorum criminum liberati servi Dei gratias perenni Deo  
 referant semper et benedicant nomen eius sanctum in secula  
 seculorum. Per. ad

*ad Feminas.*  
**D**eus abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui Tribus  
 Israël monuisti, et susannam de falso crimine liberasti: Te  
 suppliciter deprecor Domine, ut liberis et has famulas tuas,  
 et perducere digneris ad gratiam baptismi tui. Ergo maledicte.

*Item adnuntiatur Diabolus ut supra Catechum.*

**E**xorcizo te immunde spiritus in nomine Patris et  
 Filij et spiritus sancti, ut ex eas et recedas ab his famulis  
 Dei, Ipse enim tibi imperat maledicte damnate, qui pe-  
 dibus supra mare ambulavit, et Petro mergenti dex-  
 teram porrexit. Ergo maledicte. ut supra.

*Item super feminas.*

**E**xorcizo te immunde spiritus per Patrem et Filium  
 et spiritum sanctum, ut ex eas et recedas ab his famulis  
 Dei, Ipse enim tibi imperat maledicte damnate, qui  
 caeco nato oculos aperuit, et quadriduanum Lazarum  
 de monumento suscitavit. Ergo maledicte.

*De isto loco in antea iam super masculos,  
 quam feminas equaliter compleantur, imponis  
 manum super caput ejus, et dicis.*

**E**ternam ac justissimam pietatem tuam deprecor Domine  
 Sancte Pater omnipotens aeternae Deus luminis et veritatis  
 Super hos famulos tuos, et famulas tuas, ut digneris eos  
 inluminare lumine intelligentiae tuae. Munda eos et sancti-  
 fica, Da eis scientiam veram, ut digni efficiantur accedere  
 ad gratiam baptismi tui. Teneant firmam spem, Con-  
 silium rectum, doctrinam sanctam, ut apti sint ad per-  
 cipendum gratiam tuam. Per.

*Sabbato reddentes.*

*Symbolum prius Catechum inposita  
 super caput eorum manu tuis verbis:*

**N**ec te latet satanas, imminere tibi penas, imminere  
 tibi

Sibi formenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atq[ue] universis angelis tuis aeternus veniet interitus. Proinde dampnate, da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo filio eius et spiritui sancto, In cuius nomine atq[ue] virtute precipio tibi, quicumq[ue] es spiritus immundus, ut exceas et recedas ab hoc famulo Dei, quem hodie Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam et Benedictionem fontemq[ue] baptismatis, dono spiritus sancti, vocare dignatus est, ut fiat eius templum per aquam regenerationis, in remissione omnium peccatorum; In nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et seculum per ignem.

*Deinde . . . . .*

**E**ffeta, quod est adaperire in odorem suavitatis: In autem effugare diabule, adpropinquavit enim iudicium Dei.

**A**breunntias Satanae. *Resp.* **A**breunntio. **E**t omnibus operibus eius. *Resp.* **A**breunntio. **E**t omnibus pompis eius. *Resp.* **A**breunntio.

**D**icit Presbyter. **E**go te linio de oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro in vitam aeternam, amen.

**S**ymbulum inposita manu super capita ipsorum.

**C**redis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et Terrae. *Resp.* **C**redo.

**C**redis et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, natum et passum. *R.* **C**redo.

**C**redis et in spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, vitam aeternam, amen. *R.* **C**redo.

**Complete**

Complete orationem vestram in unum, et dicite, Amen.

Et respondent omnes. Amen. Iterum admonetur ab archidiacono his verbis: Catechumini recedant, omnes Catechumini exeant foras. Filij h. mi revertimini locis vestris, et expectantes h. oram, qua posuit circa nos Dei gratia Baptismus operari.

Deinde

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Et dicit. Benedictio fontis.

Omnipotens sempiterne Deus. adesto magna pietatis tuae mysterijs, adesto sacramentis, et ad creandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte, et quod humilitatis nostra gerendum est mysterio, tuae virtutis compleatur effectu. Per.

Item Con

Deus, qui invisibili potentia tua sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum: et licet nos tantis mysterijs exsequendis sumus indigni, tu tamen gratia tua dona non deseris, etiam ad nostras preces aures tuae pietatis inclinas. Per.

Coll.

Deus, cujus spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur, ut jam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conceperit. Deus, qui nocentes mundi crimina per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluvij effusione signasti, ut unius ejusdemque Elementi mysterio et finis esset vitij, et origo virtutis, respice Domine in faciem Ecclesiae tuae, et multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratia tua affluente impetu letificas civitatem tuam, fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis, ut tuae Majestatis imperio sumat unigeniti tui gratiam de spiritu sancto.

†

† Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam  
 Archana sua luminis admixtione fecundet, ut sanctificatione  
 concepta ab ~~omni~~ immaculato divini fontis utero in novam  
 renata creaturam progenies caelestis emergat, et quos aut  
 sexus in corpore aut aetas discernat in tempore, omnes in  
 una pariat gratia mater infantia. Procul ergo hinc,  
 jubente Te Domine, omnis spiritus immundus abscedat.  
 Procul tota nequitia diabolica fraudis abest. Nihil  
 hic loci habeat contraria virtutis ammixtio. Non in-  
 fidiando circumvolet, non latendo subripiat, non infi-  
 ciendo corrumpat. Sit haec sancta et innocens creatura  
 libera ab omni impugnatoris incurfu et totius nequi-  
 tia purgata discessu, sit fons vivus, aqua regenerans  
 unda purificans, ut omnes hoc lavacro salutifero dilu-  
 endi, operante in eis spiritu sancto, perfecta purgationis  
 indulgentiam consequantur.

Unde Benedico Te Creatura aqua per Deum vivum  
 per Deum sanctum, qui Te in principio verbo separavit  
 ab arida, cuius spiritus super Te ferebatur, qui Te de Pa-  
 radiso manare, et in quatuor fluminibus totam terram  
 rigare precepit. Qui Te in deserto amarum suavitatem  
 indita fecit esse potabilem, et sitienti populo de petra  
 produxit. Benedico Te et per Iesum Christum filium eius  
 unicum Dominum nostrum, qui Te in Chana galilea signo  
 admirabili sua potentia convertit in vinum: qui pedibus  
 super Te ambulavit, et ab Johanne in Jordane baptizatus  
 est, qui Te unicum sanguine de latere suo produxit, et  
 discipulis suis iussit, ut credentes baptizarentur in Te dicens.  
 Te docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris,  
 et Filij et Spiritus sancti.

*Hic mutas vocem et prosequeris in tono Lectiois*

*Hac nobis precepta servantibus Tu Deus omnipotens  
 Clemens*

Clemens adesto, Tu benignus aspira, <sup>has</sup> ~~tuas~~ simplices aquas  
 tuo ore benedicito, ut præter naturalem emundationem,  
 quam lavandis possint adhibere corporibus, sint etiam  
 purificandis mentibus efficaces.

*Hic mittit Sacerdos cereum in aquam et dicit:*

**D**escendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus  
 Sancti tui, et totam huius aquæ substantiam, regenerandi  
 secundet effectu. Hic omnium peccatorum macula  
 deleantur; hic natura ad imaginem suam condita, et  
 ad honorem sui reformata principij, cunctis vetustatis  
 Squaloribus emundetur: ut omnis homo hoc sacramentum  
 regenerationis ingressus, in vera innocentia novam  
 infantiam renascatur. Per Dñm.

*In ordine suo inde Benedicto baptizans unumquemq[ue].*

**D**eus omnipotens Pater Domini nostri Ihesu, qui te re-  
 generavit ex aqua et spiritu sancto, quique dedit tibi  
 remissionem omnium peccatorum, ipse te liniet chrismate  
 salutis in Christo Ihesu Domino nostro in vitam æternam.

*R. Amen.*

*Deinde vero cum Letania ascendit ad sedem suam  
 dicens: Gloria in excelsis Deo.*

Sabbato sancto Pentecostes celebrabitur Baptismus.  
 Sicut in Nocte Sancta Pascha.

*Prostanti Caticumino impon. manum his verbis:*

**M**edelam tuam deprecor Domine sancte Pater omnipotens  
 æterne Deus, quas tribuit humanis infirmitatibus Christus,  
 erige famulum tuum ill. egritudinis languore depresso,  
 et omnem sensum ejus dignare tuis visitationibus refovere,  
 quatenus adoptionem tuam exposcit cum gaudio sanitatis  
 percipere. Expelle itaq[ue] ab eo cuncta contrarie valetudinis  
 fela



Tela, ut ad gratiam tuam gradanter occurrat, releua quem redimere gloriaris, ut baptismi sit in illo palma non mortis et gloriosum semper bajulat quod accepit signaculum sancto crucis. Per Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos.

*Inposita manu inergumen. Catecuminum.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, a cuius facie caeli distillant montes, sicut cera liquefunt, terra tremuit, cui patent abyssi, quem infernus pavescit, quem omnipotens irarum motus aspiciens humiliatur, Te suppliciter deprecor Dominator Domine, ut invocatione nominis tui ab huius famuli tui vexationibus inimicis confusus abscedat, et ab huius possessione anima liberata ad aurem suae salutis recurrat, liberatoremque suum diabolico furore depulso, et odore suavissimo spiritus sancti percepto sequatur. Per.

*Item alia pro Parvulo Energumen.*

**D**omine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus, virtutem totis exoro gemitibus pro huius a diabulo oppressa infancia, qui etiam indignis pressuris donas praesidium, exurge pro infantia debellata, et noli diu retinere vindictam, nec ante conspectum tuum veniant parentum delicta, quin et pro filio Patrem nec pro Patre, filium promissisti iudicari. Auxiliare, quaesumus, inimici furore vexato, ne sine baptismo facias ejus animam a diabulo possidere, sed potius tenera etas maligni oppressionibus liberata referat gratias sempiternas. Per Dnm.

*Oratio Super Catecuminum infirmum.*

**F**amulum tuum Domine ad tui Baptismi gratiam recurrentem respice et conservare dignare, ut in tui nominis

Rominis signo quicquid in eum per originalis peccati  
transgressionem proene obnoxium diabolus detinebat,  
Sacri fontis indulgentia resolvatur, veteris hominis  
exuvias deponat, et nove vite indutus amictu resur-  
gat omnis, nequissimi spiritus ab eo venena depelle et  
salutare baptismi sui gratia adimple, ut sui muneris  
perceptione in aeternam vitam valeat exultare. Per.

*Si fuerit Baptizandus, sacerdos dicit Orationem  
et Symbolum, et Catechizat eum his verbis  
inposita manu super Caput ejus.*

*Nec te latet Satanas. Sicut scriptum est in Sab. Scō.  
Deinde dicit hanc Orationem super eum:*

**T**e Domine Supplices exoramus, ut visitatione tua  
sancta erigas ad Te hunc famulum tuum, ne adversario  
liceat usq; ad temptationem animae pervenire, sed in eo  
sicut in Job terminum pone, ne inimicus de anima hujus  
sine redemptione baptismatis incipiat triumphare,  
differ Domine exitum mortis, qui judicas de futuris, et  
spatium vite extende, releva quem perducis ad baptismi  
Sacramentum, ne redemptioni suae inferas damnum, tolle  
occasionem diabulo triumphandi, et reserva, in quem  
trumphe, compares christi, ut sanus tibi in Ecclesia  
sua gratia baptismatis renascatur, facturus cuncta  
que petimus.

**G**entilem Rominem, cum susceperis catechizas eum  
divinis sermonibus, et da ei monitum, quemadmodum  
post cognitam veritatem vivere debeat. Post hac facis eum  
Caticuminum, exsufflas in faciem ejus, et facis ei crucem  
in fronte, et inponis ei manum super caput ejus in his verbis:

**A**ccipe signum crucis tam in fronte quam in corde, et  
sume

respice simul  
agricolam.

Sume fidem caelestium preceptorum, salis esto moribus, ut Templum Dei jam esse possis, ingressusque Ecclesiam Dei evasisse te laqueos letus agnosce. horresce idola, respice simul agricolam, Deum Patrem omnipotentem, et Iesum Christum filium eius, qui vivit cum Patre et sancto spiritu per omnia secula seculorum.

**T**e deprecor Domine sancte Pater omnipotens aeternae, huic famulo tuo, qui in seculo huius nocte vocatur incertus et dubius, viam veritatis et agnitionis iubeas demonstrare, quatenus referatis oculis cordis tui de unum Deum Patrem in filio, et filium in Patre cum spiritu sancto recognoscas, atque huius confessionis fructum et hic et in futuro seculo percipere mereatur. Per.

*Deinde vero postquam gustaverit medicinam Salis, et ipse signaverit, dices cum his verbis:*

**D**omine sancte Pater omnipotens aeternae Deus, qui es et qui eras, et permanes usque in finem, cuius origo nescitur, nec finis comprehendere potest, Te Domine supplices invocamus super hunc famulum tuum, quem liberasti de errore gentilium et conversatione turpissima, dignare exaudire eum, qui tibi cervices suas humiliat, perveniat ad lavacri fontem, ut renatus ex aqua et spiritu expoliatus veterem hominem induatur novum, qui secundum te creatus est, accipiat vestem incorruptam et immaculatam, tibique Domino nostro servire mereatur. Per.

*Item ad Succurrendum infirmum Caticuminum.*

**S**i baptizatus fuerit, accedens sacerdos dicet super eum orationes, quae supra scriptae sunt, et tradit ei symbolum et orationem, et catechizat eum his verbis:

**Nec te latet Satanas. Et reliqua sicut supra in nocte Sancta scriptum est. Inde de saliva oris tui cum digito tangis**

*tingis nares et aures, et dices ei: Effeta, quod est  
adaperire in odore suavitatis. Tu autem effugare  
diabule, adpropinquavit enim iudicium Dei.*

*Deinde tingis ei pectus et inter scapulas de oleo  
exorcizato sub his orationes: Abrenuntias satanae.*

*R. Abrenuntio. Et omnibus operibus eius. R.*

*Abrenuntio. Et omnibus pompis eius. R. Abrenuntio.*

*Cum autem expoliatur infirmus Benedices fontem  
incipiendo orat.*

*Exaudi nos omnipotens Deus, et in huius aquae substan-  
tiam tuam immisce virtutem, ut abluendus per eam et sa-  
nitatem simul et vitam mereatur aeternam.*

*Item Bened. aqua ad succurrendum.*

*Exorcizo te creatura aquae per Deum vivum, per Deum  
Sanctum, per Deum totius dulcedinis Creatorem, qui te  
in principio verbo separavit a terra, et in quatuor flu-  
minibus dividens totam terram rigare precepit. Ad-  
iuro te et per Iesum Christum filium eius unicum  
Dominum nostrum, ut efficiaris in eo qui in te Bapti-  
zandus erit fons aquae salientis in vitam aeternam, re-  
generans eum Deo Patri et filio et Spiritui Sancto, qui  
venturus est in Spiritu Sancto iudicare vivos et mortuos  
et solum per ignem, Amen.*

*Item alia Benedictio.*

*Exorcizo te creatura aquae in nomine Dei Patris  
omnipotentis, et in nomine Iesu Christi filij eius, et  
spiritus sancti omnis virtus adversarij, omnis incurfio  
diabuli, omne fantasma eradicare et effugare ab hac  
creatura aquae, ut fiat fons salientis in vitam aeternam,*

*Ut cum baptizatus fuerit, fiat templum Dei vivi in  
remissionem peccatorum per Dominum nostrum Iesum  
Christum filium suum, qui venturus est. EA*

*Et antequam perfundas eum aqua, Interrogas eum  
verba Symboli dicens:*

*Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem  
Celi et terra. R. Credo.*

*Credis et in Iesum Christum filium ejus unicum Dnm  
nostrum, natum et passum. R. Credo.*

*Credis et in spiritum Sanctum Sanctam Ecclesiam  
Catholicam, remissionem peccatorum, Carnis resurrectio-  
nem et vitam eternam. R. Credo.*

*Tertio in aqua et cum interrogas eum, per singulas  
vices immergis eum.*

*Postea cum ascenderit a fonte, infans signatur a  
Presbytero de chrismate his verbis:*

*Deus omnipotens Pater Domini nostri Iesu Christi, qui  
te regeneravit ex aqua et spiritu sancto. Et reliqua.*

*Postea si fuerit oblata, agenda est missa et Comuni-  
cant: sin autem, dabis ei tantum sacramenta Corporis  
et Sanguinis Christi, dicens:*

*Corpus Domini nostri Iesu Christi sit tibi in vitam  
eternam. Et R. Amen.*

*Et das ei orat. ita dicens:*

*Omnipotens sempiternus Deus, qui regenerasti famu-  
lum tuum ex aqua et spiritu sancto, quique dedisti ei remissio-  
nem omnium peccatorum, Tribue ei continuam sanitatem  
ad agnoscendam unitatis veritatem. Per.*

*In Dedicat. Basilicæ Anniversaria.*

*Deus qui nobis per singulos annos huius sancti Templi  
tui Consecrationis reparas diem, et sacris semper mysterijs  
representas incolomes, Exaudi preces populi tui et  
presta, ut si quis hoc Templum beneficia petiturus  
ingre -*

ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per.

*Super Oblata.*

**A**nnua festivitatis cultum Domino Deo nostro, fratres dilectissimi summa nostrarum precum supplicatione proficimus, et quicumque intra Templi huius, cuius natale est hodie, ambitu continemur, plena illic atq; perfecta corporis et animae devotione placeamus, ut dum hac presentia vota reddimus, ad aeterna premia venire mereamur. Per.

*Confestatio.*

**U** Domine Sancte Pater omnipotens eterne Deus pro annua dedicatione Tabernaculi huius honorem tibi gratias referre per Christum Dñm, cuius virtus magna pietas copiosa, respice quaesumus de celo et vide, et visita domum istam, ut si quis in ea Nomini tuo supplicaverit, libenter exaudias, et satisficientibus clementer ignoscas. hic tibi sacerdotes tui sacrificium laudis offerant, hic fidelibus populis vota persolvat, hic peccatorum onera deponantur, hic fides sancta stabilizetur. Hic ipse inter bonum malumq; discernens cum causam interpellatus iudicaveris, quam non ignoras. hic pietas absoluta redeat, hinc iniquitas emendata discedat, Inveniat apud te Domine locum veniae quicumque satisfaciens confugeret, et sancto seris dolore victus altaria tua rivis suarum laverit lacrimarum. Hic si quando populus tuus tristis maestusq; convenerit, ad quiete rogari et rogatus indulge. Per.

*Post Com.*

**D**eus, qui Ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es, ut quae haberet gratiam per fidei devotionem, haberet etiam ex nomine pietatem, Da ut omnis haec plebs Nomini tuo serviens huius vocabuli consortio dignatus esse mereatur Ecclesia tua in templo, cuius natalis est hodie,

Hodie, tibi collecta Geneat, te diligat, te sequatur, et dum jugiter per vestigia tua graditur, ad caelestia promissa te ducente pervenire mereatur. Per.

*Super Populum.*

Deus, qui devotis electis lapidibus aeternum Majestati tuae condidisti habitaculum, auxiliare populo tuo supplicanti, ut quod Ecclesia tua corporalibus proficit fratribus, spiritualibus amplificetur augmentis. Per D.

*Ad Clericum faciendum.*

Oremus Dilectissimi Fratres Dominum nostrum Jesum Christum pro hoc famulo suo etc. qui ad deponendam comam Capitis sui pro amore Christi festinat, ut donet ei spiritum sanctum, qui habitum religionis in eo perpetua custodiat, et a mundi impedimentis vel seculari desiderio ejus corda custodiat, ut sicut immutatus erat in vultu, ita manus dexterae suae in eum virtute perfectionis boni operis tribuat in actu, et ab omni cecitate spirituali oculos aperiat, ac lumen aeternitatis gratia concedat. Per.

*Dum fundis eum.*

*An.* Tu es Domine, qui restitues mihi hereditatem meam.  
*V.* Dominus pars hereditatis meae. *Et Gloria.*

*Item alia.*

*An.* Haec est generatio querentium Dominum.  
*V.* Sic accipiet Benedictionem a Dño. *Et Gloria.*

*Et dicit Orationem.*

Omnipotens sempiternae Deus propiciare peccatis nostris, et ab omni servitute seculari habitum hunc famulum tuum etc. dum ignominia deponat, tua semper in eum perfruat gratia, et sicut similitudine Corona tua ornatum gestare fecisti in capite, sic tua virtute et hereditatem subsequi mereatur in corde. Per.

*Post-*

*Postquam iunioratus est, Egr. Oratio.*

**P**rostra quaesumus omnipotens Deus, ut famulum tuum istum, cui hodie Capitis Comam suam pro divino amore deposuimus, ut in tua dilectione perpetua maneat, et eum sine macula in sempiternum custodias. Per.

*Pro his, qui prius barbam fundit.*

**D**eus, cuius providentia creatura omnis clementis ad alta congaudet propicius, super hunc famulum tuum juvenali etatis decore letantem, et florem primis auspicijs adtudentem adesto in omnibus tua protectionis muniamur auxilium evo longiore profectus et presentis vitae presidys gaudeat et eternis. Per.

*Item Miss. Consecratio Presbiteri.*

**D**eus cuius arbitrio omnium seculorum ordo decurrit, respice propicius ad nostri temporis aetatem, ut Tibi servitus nostra complacere, et misericordiae tuae in nobis dona concedere. Per.

*Super Oblata.*

**M**uneribus nostris, Domine, precibusque susceptis, et caelestibus nos munda mysterijs et clementer exaudi. Per.

*Infra Actionem.*

**H**anc igitur oblationem quam Tibi offero ego tuus famulus ob diem, quem nullius dignum meritis, sed solo misericordiae tuae dono ad hunc locum perducere dignatus es presbiteri, quaeso placatus accipias, Majestatem tuam suppliciter deprecans, ut sicut me sacris altari- bus tua dignatio sacerdotali servire precepit officio, ita dignum prestet et meritum. Quam oblationem ...

*Post Com.*

**P**urificet nos Domine caelestis exsecutio sacramenti, et ad tuam magnificentiam capiendam divinis affectibus semper instauret. Per.

*Missae*



*Missa Pro Regibus.*

**D**eus Regnorum omnium et Romani maxime Protector Imperij: Da servis tuis Regibus nostris illi. Triumphum virtutis tue scienter excolere, ut eius Constitutione sint Principes, eius semper munere sint potentes. Per.

*Super Oblata.*

**S**uscipe Domine preces et hostias Ecclesie tue pro salute famuli tui illius supplicantis, et protectione fidelium populorum antiqua Brachio tuo operante miracula, ut superatis pacis inimicis secura tibi serviat Christianorum Romana libertas. Per.

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem Domine famuli tui illius, qua tibi ministerio officij sacerdotalis offerimus, pro eo quod in ipsum potestatem imperij conferre dignatus es, propitius et benignus adsume, et exoratus nostra obsecratione concede, ut Majestatis tue protectione confidens, et Eo augeatur et regno. Per.

*Post Com.*

**D**eus, qui predicando eterni regni Evangelio Romanum Imperium preparasti, pretende famulis tuis illis Principibus nostris arma caelestia, ut pax Ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per.

*Orat. pro sterilitate Terrae.*

**S**empiterna pietatis tuae abundantiam Domine supplices imploramus, ut nos beneficijs, quibus non meremur, anticipans benefacere cognoscaris indignis. Per.

*Secreta.*

**D**eus, qui humani generis utramque substantiam presentium munerum et alimentis vegetas et renovas sacramentum: tribue quaesumus, in eorum et corporibus nostris subsidium non desit et mentibus. Per.

*Post Com.*

**G**uberna, quaesumus Domine, et temporalibus adjumentis, quos dignaris aeternis informare mysterijs. Per.

*Orat.*

**Orat. ad Pluviam postulandum.**

**D**eus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut presentibus subsidijs sufficienter adjuvi sempiterna fiducialius appetamus. Per.

**D**elicta fragilitatis nostrae, Dñe quaesumus, miseratus absolve, et aquarum subsidia praebe caelestium, quibus terrena conditio vegetata subsistet. Per.

**Secreta.**

**O**blatis Domine placare muneribus et oportunum tribue nobis pluviae sufficientis auxilium.

**U**nde. Obsecrantes misericordiam tuam, ut squalentes agri fecundis imbribus inrigentur, quibus pariter aestum mitigentur ardoris, serientium morborum restinguatur accensio, salus hominibus jumentisque proveniat, atque ut hec de largiente mereamur peccatoque nobis adversentur, relaxa qui plus super justos et injustos, etiam nostris offensionibus relaxatis expectata nubium munera largiaris, quibus et salus nobis et alimenta prestentur. Per.

**Post Com.**

**T**uere Dñe quaesumus, tua sancta fumentes, et ab omnibus propicius absolve peccatis. Per.

**ad Pluviam.**

**D**a nobis Domine quaesumus, pluviam salutarem, et aridam terra faciem fluentibus caelestibus dignanter infunde. Per.

**Orat. ad postcendum Serenitatem.**

**A**d Te nos Domine clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur, misericordia tua preveniente clementiam sentiamus. Per.

**Secreta.**

**P**reveniat nos, quaesumus Domine, gratia tua semper et subsequatur, et has oblationes, quas pro peccatis nostris

nostris Nomini tuo consecrandas deferimus, benignus adsume, ut per intercessionem sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant ad salutem. *Post Com.*

**P**lebs tua Domine capiat sacra Benedictionis augmentum et copiosis beneficiorum tuorum subleuetur auxilijs, que sanguis, intercessionum deprecationibus adjuvantur. *Per.*

### *Orat. pro Fulgure.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, parce metuentibus et propiciare supplicationibus, ut post noxios ignes nubium et vim procellarum in materiam transeat laudis cominatio potestatis. *Per.*

**D**eus, sub cuius imperio nihil non verbo regitur, nihil non oratione mutatur, parce metuentibus, propiciare supplicationibus, ut post noxios ignes nubium et turbines procellarum in materiam transeat laudis cominatio potestatis. *Per.*

### *Benedict. Aqua et Salis ad Exorciz. ad fulgura.*

**E**xorcizo te creatura salis et aqua in Nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni filij Dei vivi, ut sis purgatio et purificatio in his locis, in quibus aspersa fueris ad efugandos immundos et erraticos spiritus, omnemque nefariam vim diabuli prellendam, et omnes figuras et minas fantasmatis satana exterminandas, et fulgura et fidera, que emissa videntur in hanc arborem, non hominibus aut pecoribus aut frugibus noceant, sed abstant et fugiant per invocationem nominis Domini nostri Iesu Christi, et spiritus sancti, qui venturus est iudicare...

### *Orat. pro Tempestate et Fulgure.*

**M**agnificentiam tuam, Domine, precedamus suppliciter implorantes, ut quia nos eminentibus periculis exuisti, a peccatis quoque benignus absolvas, ut beneficia nobis majora concedas, et tuis nos facias parere mandatis. *Per.*

*Secreta.*

*Secreta.*

**O**ferimus Domine Laudes et munera pro consensu bene-  
ficijs gratias referentes, et pro concedendis semper suppliciter  
deprecantes. Per. *Post Com.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui nos et castigando sanas,  
et ignoscendo conservas; Præsta supplicibus tuis, ut et tran-  
quillitatibus hujus obtata Consolationis letemur, et dona  
sua pietatis semper utamur. Per.

*Orat. de Lacrima, vel de qualicunq; Tribulatione.*

**I**neffabilem misericordiam tuam Domine nobis clementer  
ostende, ut simul nos et à peccatis exuas, et a penis quas  
pro his meremur eripias. Per.

**P**arce Domine parce peccantibus, et ut ad propitiatio-  
nem tuam possimus accedere, spiritum nobis tribue corri-  
gendi. Per.

*Secreta.*

**Q**uæsumus Domine nostris placare muneribus, quoniam  
tu eadem tribuis, ut placeas. Per.

**U**. Qui nos castigando sanas, et refovendo benignus  
erudis, dum vis salvo esse corruptos, quam perire neg-  
lectos: qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, ut  
mente proficiant, patenter ostendens, quod sit pieta-  
tis tue præclara salvatio, dum præstas, ut operetur  
nobis etiam ipsa infirmitas medicinam, qui fragilita-  
tem nostram non solum misericordia donis temporalibus  
consolaris, ut nos ad æternam promoveas, sed etiam  
ipsis adversitatibus sæculi benignus erudis, et ad celestia  
regna perducas. Per Christum . . .

*Post Com.*

**P**ræsta, Domine quæsumus, ut terrenis effectibus ex-  
piatis ad Superni plenitudinem Sacramenti, cuius  
libavimus sancta, tendamus. Per. *Orat.*

*Orat. Temporum, quibus absit mortalitas.*

**D**eus, qui non vis mortem, sed penitentiam desideras peccatorum, populum tuum quaesumus ad Te converte propicius, ut dum tibi devotus existerit, tua ab eo iracundia flagella amoveas. Per.

*Secreta.*

**S**ubveniat nobis Domine quaesumus sacrificij presentis operatio, qua nos et erroribus universis potenter absolvas, et a sociis eripias perditionis incurfu. Per.

**VD.** Qui Sanctorum apud Te gloriam permanentem fidelium facis devotione clarescere, Praesta quaesumus, ut Beatorum Martyrum tuorum illorum et illarum obsequentibus sibi beneficia dignanter impendant. Per.

*Post Com.*

**S**anctificati divino mysterio Majestatem tuam Domine suppliciter deprecamus et petimus, ut quos donis facis caelestibus interesse per lignum Sanctae Crucis, et a peccatis abstrahas, et a periculis cunctis miseratus eripias. Per.

*Benedict. Aquae et Salis adaspersend. in domum.*

**D**omine Sancte Pater omnipotens Instaurator et Conditor omnium Elementorum, qui per Christum Jesum filium tuum hanc creaturam spiritum Creantem iustificasti, Te deprecamus Domine, ut hanc creaturam salis et aquae benedicere digneris, ut ubicumque aspersa fuerint, omnis spiritus immundus ab eo loco confusus et increpatus effugiat, ne ulterius in eo loco habeat potestatem comorandi. Per.

**P**raesta Domine per hanc creaturam aspersiois sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis securitatem spei, corroboracionem fidei hic et in aeterna saecula saeculorum. Per. *Benedictio Aquae.*

**B**enedic Domine hanc creaturam aquae, ut sit remedium salutare generi humano: Praesta per invocationem nominis tui corporis sanitatem et animae tutelam. Per. *Bened.*

**Benedictio Salis.**

**P**resta Domine tuum Salubre remedium per Sanctam  
Benedictionem tuam, qua hanc creaturam Salis bene-  
dicimus, ut ubicumq; intercesserit, et anime et Corporis  
proficiant salutem. Per.

**Exorcismus Salis et aqua.**

**E**xorcizo de creatura Salis et aqua in nomine Domini  
nostri Ihesu Christi Nazareni filij Dei vivi, ut sis purgatio  
et purificatio in his locis, in quibus spersa fueris ad ef-  
figandos immundos et erraticos spiritus, omnemq; nefariam  
repellendam atq; exterminandam, ne fulgura et sidera,  
quae emissa videntur in hanc arborem, aut hominibus aut  
pecoribus aut frugibus noceant, sed aufugiant per invo-  
cationem Nominis Dei et Ihesu Christi filij Dei Nazareni,  
qui venturus est iudicare seculum per ignem.

**Adspargendum faciendum Exorcismus Salis.**

**E**xorcizo de creatura Salis in nomine Patris et Filij  
et Spiritus sancti, qui de per Elyseum in aquam mitti  
iussit, ut sanaretur sterilis, qui divina oris sui voce  
ait: vos estis sal terrae; et idem per apostulum dicit:  
Cor vestrum sit sale conditum. Ideoq; efficere sal  
exorcizatum, ut omnes, qui ex te sumerint, sis eis  
anime tutamentum, atq; huic domui protectio in  
remissionem omnium peccatorum, in sanitatem mentis,  
in protectionem anime, in confirmationem salutis,  
ad expellendas et excludendas omnes demonum  
temptationes in nomine Dei Patris omnipotentis, qui  
venturus est et iudicaturus est in spiritu sancto seculum  
per ignem.

**Bened. Salis.**

**R**ogamus te Domine sancte Pater omnipotens aeternus Deus,  
ut hanc creaturam salis, quam usui humani generis tribuisti,  
in signum sapientiae tuae commutare digneris, sed ut ubicumq;  
fuerit aspersa, angelorum tuorum discedat exercitus. Per.

**Bene-**

*Bened. Domo Nova.*

**T**e Deum Patrem omnipotentem oramus pro hac Domo, et pro Domo hujus habitatoribus, ac spero, ut eam benedicere et sanctificare, et bonis omnibus amplificare digneris, ut et sint promptuaria eorum Completa eructuantia ex hoc in illud. Tribue eis de rore caeli abundantiam, et de pinguedine Terrae vite substantiam, et desideria votorum ad effectum suae miserationis perducas, introitum vero nostrum benedicere et sanctificare digneris, sicut benedicere dignatus es Abraham et Isaac et Jacob, et infra parietes Domo istius angelus lucis suae inhabitet. Per.

**E**ternum atque omnipotentem unanimiter orantes precamur pro hac Domo, atque omnes habitantes in ea, uti eis Dominus Angelum Pacis, Angelum lucis, Angelum defensionis assignare dignetur, socius eos defensoresque praestet, augeat eis a rore caeli pinguedinem Terrae frumenti, vini, et olei, pacem, sanitatem, leticiam, benignitatem ab homine usque ad pecus prestare dignetur. Per.

*Orat. ad Missam in Domo nova.*

**P**rotector in se sperantium Deus, et subditarum tibi mentium Custos habitantibus in hac Domo famulis tuis propitius adesse dignare; veniat super eos sperata a Te Benedictionis ubertas, et pietatis tuae repleti minoribus in tua gratia et in tuo nomine leti semper exultent. Per.

*Super Oblata.*

**S**uscipe Domine quaesumus preces et hostias famulorum tuorum et muro custoditae tuae hanc domum circumda, ut omni adversitate depulsa sit hoc semper domicilium incolumitatis et Pacis. Per.

*Intra Actionem.*

**H**anc igitur oblationem Domine famuli tui utt. quam Tibi offert pro votis et desiderijs suis, atque pro  
inco-

incolumitate Domus sue placatus suscipias depre-  
camur, pro quo in hac habitatione auxilium Tuæ  
majestatis deprecor, ut mittere ei digneris angelum tuum  
sanctum ad custodiendos omnes in hac habitatione Con-  
sistentes. Per.

*Post Com.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia  
magna solus, preteende super hos famulos tuos degen-  
tes in hac domo spiritum gratia salutaris, et ut conpla-  
ceant Tibi Deus in veritate tua, perpetuum eis rorem  
tua benedictionis infunde. Per.

Omnipotens sempiterne Deus in certe officijs nostris  
et in hac manentibus domo presentia tua concede custo-  
diam, ut familia tua defensor, ac totius habitaculi hujus  
habitator appareas. Per.

*ad Fruges novas Bened.*

Oramus pietatem tuam Omnipotens Deus, ut has  
primitias Creaturae tuae, quos aeris et pluvia tempera-  
mento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbri per-  
fundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem  
perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus  
Tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esu-  
rientium animas bonis affluentibus repleas, et egenus  
et pauper laudent nomen gloriae tuae. Per.

*Bened. urae sive Faba.*

Benedic Domine hos fructus novos urae sive Faba,  
quos Tu Domine per rorem caeli et inundantiam plu-  
viarum, et tempora serena atque tranquilla ad maturi-  
tatem perducere dignatus es ad percipiendum nobis  
cum gratiarum actione in nomine Domini nostri Iesu  
Christi Per quem.

*Bened. Pomorum.*

Te deprecamus Omnipotens Deus, ut benedicas hunc  
Fructum



fructum novum pomorum, ut qui esu interdicta arboris  
 letalis pomi in protoparente iustae funeris sententia  
 multati sumus, per inlustrationem unici filij sui re-  
 demptoris Dei ac Domini nostri Iesu Christi et Spiritus  
 Sancti benedictione sanctificata omnia atque benedicta  
 depulsi atque abjectis vetusti hostis atque primi facinoris  
 inventoris insidijs salubriter ex huius diei anniver-  
 saria sollemnitate de universis terrae edendis germinibus  
 sumamus, qui vivis et regnas in secula . . . .

**Benedic** Domine hunc fructum novarum arborum, ut  
 filij, qui utuntur ex eo sint sanctificati. Per.

*Benedictio arboris.*

**D**eus, qui hac arboris poma tua iussione et pro-  
 videntia progenita esse voluisti, nunc etiam eadem  
 benedicere et sanctificare digneris precamur, ut qui-  
 cumque ex ea sumpserint, incolumes esse valeant.

*Bened. ad omnia quae volueris.*

**B**enedic Domine creaturam istam, ut sit remedium  
 salutare generi humano, Praesta per invocationem  
 Nominis tui, quicumque ex ea sumpserit, corporis sa-  
 nitatem et animae tutelam percipiat. Per.

**C**reator omnium et conservator humani generis,  
 Dator gratiae spiritalis, Largitor aeternae salutis, Tu  
 Domine permitte spiritum tuum super hanc creaturam  
 illam, ut arma tua virtute caelestis defensionis, qui ex  
 ea gustaverint, proficiat illis ad aeternam salutem. Per.

*Benedictio Panis.*

**B**enedic Domine creaturam istam Panis, sicut bene-  
 dixisti quinq; panes in deserto, ut sit Dominus ejusdem  
 abundans in annum alimentum gustantes, qui ex eo  
 accipiant tam corporis quam animae sanitatem. Per.

*Bened.*

## Benedictio Vini.

**D**omine Omnipotens Christe, qui ex quinque panibus et duobus piscibus quinque millia hominum Satiasti, in Chana Galileae ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera, multiplica super servos tuos misericordiam pietatis tuae, quemadmodum fecisti cum Patribus nostris in tua misericordia sperantibus, et benedicere et sanctificare digneris hanc Creaturam vini, quam ad substantiam servorum tuorum Tribuisti, ut ubicumque ex hac creatura solum fuerit, vel a quolibet potatum, divina benedictionis tuae opulentia repleatur, ut accipientibus ex ea cum gratiarum actione sanctificetur in visceribus eorum Salvator mundi, qui vivis et regnas...

## Benedictio Salis.

**S**ancte Domine Creator omnium creaturarum, et in his natura Artifex et unus Magister gignentium, Originis nationum utilitatisque virtutem, cuius providentia in hac quoque creatura liquentes aquas caelesti igne solidasti, uti hanc humanis usibus admixtam condideret, et in longiorem usum incorruptam servaret, Da ei Domine exorantibus nobis eam ex tua benedictione substantiam, ut cujuscumque viscera penetraverit, fuget ex his atque depellat, quicquid erroris Confusio malignitatis ac fraudis diabolicae temptationis infuderit, omni hoste nostra infestatione depulsa id in homine tantum, quod ante factum est, relinquatur.

## Item alia ad Salis Bened.

**D**omine Sancte Pater omnipotens eterne Deus, Te suppliciter deprecamur, ut benedicere digneris hanc Creaturam tuam salis, quam in usum humani generis Tribuisti, ut qui ex ea gustaverint, numquam moriantur in aeternum, sed Te sapiant, in Te roborentur, atque ad aeterna dona gratiarum venire mereantur in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus...

Orat.

*Orat. in Sono Infirmorum.*

**O**mnipotens et misericors Deus quaesumus immensam pietatem tuam, ut ad introitum in tuo nomine humilitatis nostrae hos famulos tuos huic habitaculo jacentes fessos salutariter visitare digneris, sicut visitasti Domine Tobiam et Serram socrum petri puerumq; Centurionis, ita et istis, pristinae sanitates animae corporisq; reddita, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per.

*Oratio super infirmum in Sono.*

**D**eus, qui factura tua pio semper dominaris effectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum tuum ex adversa valetudine corporis laborantem placitus respice, et visita in salutari tuo, et caelestis gratiae praesta medicinam. Per.

**D**eus qui humani generis et salutis remedij vitae aeternae munera contulisti, conserva famulo tuo suarum dona virtutum, et concede, ut medelam tuam non solum in corpore sed etiam in animo sentiat. Per.

*Oratio ad Missam pro Infirmis.*

**O**mnipotens sempiternae Deus salus aeterna credendum, exaudi nos pro famulis tuis istis, pro quibus misericordiae tuae imploremus auxilium, ut reddita tibi sanitate gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actionem. Per.

*Secreta.*

**D**eus, cuius nutibus vita nostrae momenta decurrunt, suscipe preces et hostias famulorum famularumq; tuarum, pro quibus misericordiam tuam egrotantibus imploremus, ut de eorum periculo metuemus, et de eorum salute letemur. Per.

**¶** Qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, ut mente proficiant patenter ostendens, quod sit pietatis

pietatis tuae praecleara salvatio, diem praestas, ut  
operetur nobis etiam ipsa infirmitas salutem. Per.

*Post Com.*

Deus infirmitatis humanae singulare presidium, auxilij  
tui super infirmos nostros ostende virtutem, ut ope mi-  
sericordiae tuae sanctae representare mereantur. Per.

*Orat. pro reddita Sanitate.*

Domine Sancte Pater omnipotens eterne Deus, qui  
Benedictionem tuae gratiae agris infundendo corpo-  
ribus facturam tuam multiplici pietate custodis, ad  
invocationem Nominis tui benignus adfuisse, et hunc fa-  
mulum tuum liberatum egritudine et sanitate do-  
natam Dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate  
fuearis, Ecclesiae tuae Sanctisque altaribus tuis cum  
omni desiderata prosperitate restituas. Per.

*Missa pro Salute vivorum.*

Præstende Domine misericordiam tuam famulis et fa-  
mulabus tuis ill. dexteram caelestis auxilij, ut de  
falso corde Te perquirant, atque quod digne postulant  
adsequantur. Per.

*Secreta.*

Propiciare Domine supplicationibus nostris, et has  
oblaciones famulorum famularumque tuarum, quas  
Tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus ad-  
sume, ut nullius sit irritum votum, nullius vacua pos-  
tulatio, Praesta quaesumus, ut quod fideliter petimus,  
efficaciter consequamur. Per.

**¶** Te suppliciter deprecamur, ut accepta sit  
Tibi Domine oblatio nostra, quam Tibi offerimus de tua  
largitate pro peccatis atque offensionibus nostris, ut  
indulgentiam consequi mereamur, qui es claritas An-  
gelorum, Creator omnium seculorum, fides Patriarcharum,  
Divinitas

Divinitas Prophetarum, Electio apostolorum, Corona  
 Martyrum, gloria confessorum, Pastor animarum, sancti-  
 ficatio sacerdotum, sponsus virginum, Castimonium  
 viduarum, Dux peregrinorum, Clementissimus Pater  
 orphanorum prosperitas largitor in Tribulationibus  
 adiutor, in angustijs liberator, medicus animarum,  
 resurrectio mortuorum, gloria et premium vite  
 aeternae, dispensator meritorum, Tibi Domine omnes  
 angeli virtutes, Potestates, Principatus, Dominatio-  
 nes, Throni, Cherubin et Seraphin non cessant clamare  
 sine fine dicentes Sanctus . . . . .

*Intra actionem.*

**H**anc igitur Oblationem Domine famulorum famu-  
 larumque tuarum, quam Tibi offerimus ob devotionem  
 mentis eorum pius ac propicius clementi vultu sus-  
 cipias deprecamur, libens protege, dignanter exaudi,  
 et aeterna ejus protectione conserva, ut semper in  
 tua religione latantes instanter in sancta Trinitatis  
 Confessione fide catholica perseverent. Diesque nostros . . .

*Post com.*

**D**a famulis et famularibus tuis, quaesumus Domine, in  
 tua fide et sinceritate constantiam, ut in Caritate Di-  
 vina firmati nullis Temptationibus ab ejus integritate  
 vellantur. Per.

*Missa votiva pro remedio anime.*

**D**eus, qui justificas impium et non vis mortem pec-  
 catorum, majestatem tuam suppliciter deprecamur,  
 ut famulum tuum ist. de tua miseratione confiten-  
 tem caelesti protegas benignus auxilium, et ad sua  
 cum protectione conserva, ut Tibi jugiter famuletur  
 et nullis Temptationibus a Te separetur. Per.

*Secreta.*

**S**uscipe clementissime Pater hostias placationis,  
 et

et laudis, quas ego peccator et indignus tuus famulus tibi offerre presumo ad honorem et gloriam nominis tui et incolumitatem famulo tuo etc. ut omnium delictorum tuorum veniam consequi mereatur. Per.

**U.** Qui factus est pro mundo, et expiavit effusione sanguinis sui peccata hominum, Per eam Te igitur deprecor omnipotens Deus, ut haec oblatio, quam tibi pro famulo tuo etc. offerimus, sit in oculis tuis semper accepta, et sicut sanctis tuis, quorum fides recta, pervenit ad coronam, ita eum Te iubente perducas ad veniam, ut mereatur per hoc sacrificium a cunctis emundare fordibus delictorum, et reconciliatus tibi per Christum sereno vultu respicias, et omnia eius peccata dimittas, severitatem quoque iudicii tui ab eo clementer suspendas, et miserationis tuae largitatem super eum clementer indulgas. Per Christum...

*Intra actionem.*

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae Domine, quam tibi offerimus pro incolumitate famuli tui ob devotionem mentis tuae pius ac propicius clementi vultu respicias, tibi vivere supplicantes libens protege, dignanter exaudi, et aeterna protectione eum conserva, ut semper tua religione letus instanter in sancta Trinitate confessione fidei catholica perseveret, quae sumus Domine placatus accipias, et miserationis tuae largitatem concedas, ut fiat ei ad veniam delictorum, et hanc tuam emundationem, ut et tibi valeat vivere, et ad aeterna gaudia pervenire, Diesque nostros...

*Post Com.*

Omnipotens et misericors Deus hostias placationis pia obsequia deferimus pro famulo tuo etc. deprecamur, ut ei proficiant ad salutem, et hoc munus adsumptum sit salus omnium animarum mentium et corporis subsidium. et

et celestis desiderij sine fine gloriatio. Per.

*Missa pro tribulantibus de quavislibet extra  
flagella Corporis.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui subvenis in periculis et necessitatibus, laborantes Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum, qui famulos tuos in domui consistentes in angustiis et necessitatibus suis laborantes consolationibus tuis adole, et de presenti consequentur auxilium, et eterna remedia comprehendant. Per.

*Secreta.*

**O**blationes angustiae pro peccatis atque offensionibus famuli tui hac domo consistentis omnipotens Deus oblatas accipi, quia in Te confidimus vere prophetans dixisse: imola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua, et invoca me in die tribulationis tuae, eruam Te, honorabis me. Per.

**U**ni offensionibus serui tui est. et iuste irasceris, et clementer ignoscis. Propterea quosumus Dne famulo tuo ist. indulgentiam peccatis suis, ut et ab ira tua ad Te confluente paterna recipe pietate, ut ipsi tuae majestatis flagella formidat, ab occultis reatibus semper expediat, et manifestis convenienter expurget, Concede ei, benignissime Pater, tuae consolationis auxilium, da illi de tribulatione letitiam, ut de merore in gaudium perpetuae misericordiae transferatur, et corruptio ab iniquitate et cessatio fiat a verberare, ut qui iustis pro peccatis suis affligitur, spiritum eis tribue corrigendi, ut celerius in tua misericordia respirat, et quam iustitiam verberum facit afflictio, abundantia remedia eorum facit Consolatum, qui quos et ab humanis retrahat excessibus, et ad salutaria cuncta perducatur. Per.

*Infra*

*Infra actionem.*

**H**anc igitur Oblationem famulo tuo hac consistenti, quam tibi offerimus ob diem necessitatis nostrae pius ac propicius clementi vultu suscipias, ut qui de rectorum nostrorum qualitate confidimus, ut non iudicium tuum, sed indulgentiam sentiamus, ut et de adversis prospera habere percipiamus, ut ab omni impugnatione inimici depulsi misericordiam tuam pietatis adipiscamus; *Siesque nostros . . . .*

*Post Com.*

**B**enedictio tua, Domine quaesumus, super hunc famulum tuum, quia iam commemorationem agimus, copiosa descendat, et quia subjectis cordibus expedit, largiter consequatur. *Per.*

*Missa votiva pro eis, qui sibi in corpore vivi Missam Cantare rogant.*

**E**xaudi omnipotens Deus deprecationem nostram ante conspectum sanctorum tuorum specialiter pro famulo tuo ite. qui in honore S. Pauli ac Beatissimi Georgij Oblatam offerat, vota proficiat, petitiones ejus ascendant ad aures clementiae tuae Domine, et descendat super eum pia benedictio tua, ut sub umbra alarum tuarum protegatur, et orationes nostrae a te proficiente, non refutentur, sed in omnibus auxiliare atq; defendere digneris.

*Secreta.*

**A**uditis nominibus offerentium fratres h. mi. rogemus Deum Patrem omnipotentem, ut Oblationem famuli tui ite. inter sanctorum tuorum dona constituas, per quorum suffragia pia devotione postulamus. *Per.*

*Post Com.*

**F**amulos tuos, quaesumus Domine, tua semper gratia benedicat, et inculpabiles ad vitam perducat eternam. *Per.*

**B**enedictio tua Domine super famulo tuo ite. Copiosa descendat, et quia subjectis cordibus expedit, largiter  
con -



consequatur. omnipotens, sicut superbis resistis, sic  
super famulo tuo ut. gratiam benignus impendas. Per.

*Item alia Missa votiva.*

**O**mnipotentem Deum nostrum suis precibus exora-  
mus Domine pro famulo tuo ut. votum optabile desi-  
derio, ut ei Domine impleas petitionis affectum, pre-  
ces ejus exaudias, desideria compleas, vota suscipias,  
et propitius peccata dimittas, ut dum pietatis intui-  
tum placabilis oculis ejus intentionem respexeris, vo-  
tum ipsius ejus orationi adcomodas, et libens susci-  
pias preces. Per.

**A**desto omnipotens et misericors Deus invocationibus  
nostris, et hanc famuli tui ut. oblationem propitius ac  
benignus adsume, et quia non habet fiduciam, miseri-  
cordiam tuam et sanctorum tuorum suffragia, quosumus  
Domine, per hac pia oblationis officia plenam indul-  
gentiam atq; perpetuam misericordiam consequi me-  
reatur. Per.

**U**t Te suppliciter rogare per amantissimos  
hariosq; nostros ut. qui religioso corde ac devoto Tibi  
sperant servire, miserere omnipotens Deus famulos tuos  
libenter adherentes tibi, preterita presentia, in quibus  
offendunt, eis remitte peccata, et gratiam pietatis tue  
sensibus et cordibus eorum largiter infundere digneris,  
et prospera vita presentibus voto incedunt, et vivant  
serenos, illius vita per angelica gradiantur mandata,  
et Te adjuvante perfecta vita et perfectis actis pla-  
ceant tibi, aeterni regni inter sanctos et electos capi-  
ant premia, Per Christum . . .

*Infra Actionem.*

**H**anc igitur oblationem famuli tui ut. quam Tibi  
offerimus, pro peccatis atq; offensionibus ejus in remissio-  
nem

nem omnium peccatorum consequi mereamus quafumus  
Domine. Per.

*Post Com.*

**I**ndulge Domine potentibus nobis pro famulo tuo est.  
Da indulgentiam proscanti, ut secura mente Domino Deo  
nostro victima pro ipso tibi offerre valeam, ut pro de-  
lectis suis veniam obtineat sanitatis. Te sancte Pater  
munera consecuta ad salutem gratia aeterna prosit  
cum suo adiutorio pervenire.

*Missa votiva cum Lectione.*

**D**eus, cui accepta sunt vota et munera fratres h. mi  
exoramus, ut votum servi tui et dignanter accipias,  
tribue ei divitias gratia tua, ab omnibus periculis  
eum liberare jubeas, tuearis ac defendas, protegas,  
et confortas diebus ac noctibus, horis atque momentis,  
Da ei auxiliij tui presidium juxta Evangelicam vocem:  
ut, quod precatur, obtineat, et quod impetratur,  
agnoscat. Per.

*Secreta.*

**D**omine, qui per os David locutus es: vovete et  
reddite Domino Deo vestro, fratres h. mi, suppliciter  
exoramus, ut famulum tuum est. nomen vigilanter  
custodias, tuearis, et optata oblatione, quam pro ipso  
ei offerimus, interveniente Sancto illo clementer ac  
benigniter accedat, cor famuli tui illi ignem amoris  
ac timoris vel desiderij sui, et ut Sancta Patriarcharum  
exempla imitetur, efficiat in bonis operibus testimo-  
nium, firmus stabilis perseveret. Per.

**V**. Aterne Deus Te laudare, Te benedicere,  
qui das escam omni carni, in quo est salus omnium pro-  
pulatorum; cui Abel munera obtulit, cui Jacob votum  
vovit et reddidit, miserere Domine servo tuo est. et  
circum-

Circumda eum scutum et arma fidei, salva eum ab inimicis, et a laqueis mortis, qui es in te sperantium auxiliator, inmitte in eum spiritum sanctum rectum sapientia et intellectum, de rose caeli et de pinguedine terra tribue hereditatem benedictionis aeterna, ut maneat in sensu ejus pax vera, fides firma, Caritas non deficiens, humilitas praecipua mansuetudo et patientia, Dei ac proximi dilectio integra, propitius esto famulo tuo ill. eva-  
cua ab eo, quae sumus, omnibus malis, et eum reple omni-  
bus bonis, tribue in sensu ejus, quod diligit, et misericors respelle quod odit, sicut liberasti servum tuum Moysen cum filiis Israél de manu faraonis regis aegypti, ita famulum tuum ill. liberare digneris de omnibus vita hujus periculis, et ne tradas eum in manibus tribulan-  
tium vel insurgentium in te, Tu es enim Deus, qui nullum hominem vis perire, ac iusti in preconio tuo nominis cum choro perpetuo Cherubin et seraphin conlaudant dicentes Sanctus Sanctus Sanctus....

*Post Com.*

**D**eus, qui es initium et finis, Da protectionem servo tuo ill. per quem tibi in honore sancti archangeli michaelis, vel omnibus sanctis tuis votorum munera offerimus, ut sub ope dextera tua ubiqz protegatur, Emitte ei auxilium de sancto, et de sion juere eum, et auge ill. felicitatis tempora longava, qui Ezechiel per quinos annos auxisti vitam, tribue ei Domine gratiam tuam, et dele ei Chyrographum peccatorum suorum.

*Item alia Missa pro Devoto*

**A**d esto Domine supplicationibus nostris, et hanc famuli tui ill. oblationem benignus adsume, ut auxilium tua miserationis imploret, et sanctificationis gratiam referat, et quae pia precamur obtineat.

**I**teramus Omnipotens Deus deprecationem nostram, quam  
quam

quam specialiter pro famulo suo est. in honore Sancti  
sui est. facimus, offerentes tibi hostiam placationis et  
laudis. Tu clementissime Pater vota perficias, petitiones  
nostrae ascendant ad aures clementiae tuae, et descendat  
super eum pia sanctificatio atque protectio tua, ut inter  
omnes vitae huius veritates tuas semper protegatur auxilio. Per.

*Secreta.*

**G**rata sit tibi Domine haec oblatio famuli tui est. quam  
tibi offerimus in honore Beati Martyris tui est. quaesu-  
mus eidem proficiat ad salutem. Per.

**U** Sancte Pater omnipotens Deus per Christum  
Dominum nostrum Te laudare, Te benedicere, Teque  
glorificare, tuae Majestati ac voluntati semper obtem-  
perare, in quo est salus omnium populorum, cui Abel  
munera obtulit, cui Abraham holocausta offerre decrevit,  
cui Jacob votum vovit, et reddidit, miserere Domine  
famulo tuo est. qui in honore Sancti tui est. votorum  
munera offert, ut per suffragia orationum sanctorum  
tuorum Te protectorem suum semper agnoscat, et tui  
auxilij opem indefinenter inveniat, in illud gloriosus  
recipere premium, cui devotum pectus decrevit ad al-  
tam contemplationem suspendere, Tu es enim Deus, qui  
nullum tibi perire vis, sed omnibus reddis magna pro  
parvis, pro morte vitam, pro pena gloriam, pro vo-  
torum officijs premia sempiterna. Per.

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem famuli tui est. quam tibi offe-  
rimus pro peccatis atque offensionibus ejus, ut consequi  
mereatur remissionem omnium peccatorum, quaesumus Dne,  
placatus accipias. *Post Com.*

**P**urificet nos Domine Sacramenta quae sumpsimus, et  
famulum tuum illum ab omni culpa liberum esse concede,  
ut

ut qui conscientia reatu constringitur, de celestis remedij plenitudine gloriatur. Per.

**H**uius, Domine quaesumus, virtute mysterij et a proprijs emundemur occultis, et famulum tuum ist. ab omnibus absolue peccatis.

### Missa votiva.

**M**ajestatem tuam clementissime Pater suppliciter exoramus, ut mente devota postulamus pro fratribus et sororibus nostris, vel pro his, qui nobis propria crimina vel facinora ante tuam Majestatem confessi fuerint, vel pro his, qui se in nostris orationibus se comendaverunt, tam pro vivis, quam et pro salutis debitum mortis, quorum Elemosynas erogandi suscepimus, et quorum animas ad memorandum conscripsimus, vel quorum nomina ante sanctum altare tuum adscripta esse videntur, Concede propitius, ut haec oblatio mortis proficit ad veniam, et vivos proficiat ad medelam, et fidelibus tuis pro quibus oblatio offertur, indulgentia tuae pietatis succurrat. Per.

### Secreta.

**P**reces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et supplicationem nostram efficaciter comple, suscipe propitius oblationem atq; elemosinas, quas ante altare tuum pro fratribus et sororibus nostris offerimus, seu et pro cunctis benefactoribus nostris, quorum Elemosinas erogandas suscepimus, et quorum animas ad memorandas conscripsimus, vel nomina ante sanctum altare tuum adscripta esse videntur, sive vivorum sive defunctorum, et fidelibus tuis, pro quibus oblatio cunctis proficiat ad salutem. Per.

**VD.** Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui vivificas mortuos, vocas ea que non sunt, Fam -

Jamquam sint, qui facis spem, ubi spes non est. Tu enim Domine et mortis et vita habes potestatem, et deducas ad portas mortis, et reducis per regentem ex mortuos per Dñm nostrum Ihesum Christum filium tuum, qui es spes omnium, vita credentium et resurrectio mortuorum, et in quo nos non solum pro viventibus, sed ecce jam pro defunctis preces fundere et misericordiam tuam sperare voluisti, unde nunc Domine refrigeria ac desiderata remedia famuli tui et sacrificia redemptionis adhibemus, obsecrantes, ut sicut ei potentiam tuam manifestaturus es in reparatione: ita jam nunc misericordiam tuam ostendas in requie. Per quem...

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, quam Tibi offerimus Domine pro fratribus et sororibus nostris, seu pro omnibus benefactoribus nostris, vel pro his, qui nobis propria crimina vel facinora ante tuam Majestatem confessi fuerint, vel pro his qui se in nostris orationibus commendaverunt tam pro vivis, quam et salutis debitum mortis, quorum elemosinas erogandas suscepimus, et quorum animas ad memorandum conscripsimus, vel quorum nomina ante sanctum altare tuum adscripta esse videntur, quaesumus Domine, ut convenerint ante thronum Majestatis tuae cum sanctis et Electis tuis premium aeterna vita percipiant portionem, Diesq; nostros...

*Post Com.*

**D**eus omnipotens vota humilia atq; supplicationes nostras dextera tuae Majestatis extende, et animabus famulorum famularumq; tuarum tam pro vivis et pro salutis debitum mortis, quorum confessiones vel elemosinas erogandi suscepimus, et quorum animas ad memorandum conscripsimus, vel quorum nomina ante sanctum altare tuum adscripta esse videntur, remissionem cunctorum tribue  
petta-

peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt,  
pijs supplicationibus consequantur. Per.

*Missa in Natali Sanctorum  
vel pro Memoria vivorum sive Agenda Mortuo-  
rum fidelium in Christo.*

**A**d sit oratio Sanctorum Apostolorum, Martyrum,  
Virginum et Confessorum tuorum cum omnibus eorum  
quosumus Domine, et nox protegat, et vitam nostram  
in salutis tue prosperitate dispone, ut inter omnes  
viae hujus varietates tuo semper protegatur auxilio, et  
famulis et famularibus tuis, quae nobis bona fecerunt, et  
in orationibus meis se comendaverunt, vel qui mihi con-  
fessi fuerunt, quorum nomina ante Sanctum Altare tuum  
scripta esse videntur, porrigere eis dexteram caelestis au-  
xilij, ut se toto corde perquirant, atque quod digni postu-  
lant adsequantur, et animabus omnium fidelium Catho-  
licorum orthodoxorum, quorum nomina ante sanctum  
altare tuum scripta esse videntur, quorum numerum et  
omnia tu solus Dominus et cognoscis, et quibus donasti  
Baptismi sacramentum, in regione sanctorum tuorum  
jubeas dare eis Consortium et plenitudinem gaudiorum.  
Per.

*Secreta.*

**O**blationes nostras, quosumus Domine, propiciatus  
intende, quas Tibi offerimus in honore sanctorum tuo-  
rum Apostolorum, Martyrum, Virginum et Confessorum,  
quorum natalicia celebramus, vel incolumitatem famu-  
lorum famularumque tuarum, quorum commemorationem  
agimus, et animabus omnium fidelium Catholicorum  
orthodoxorum, quorum nomina tu solus Dominus cognoscis,  
ut sacrificium presentis oblationis ad refrigerium ani-  
marum earum Te miserante perveniat. Per.

*Infra*

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem, quam Tibi offerimus Domine in honore sanctorum apostolorum, Martyrum, Virginum, et Confessorum tuorum, et famulis et famularibus tuis, quorum commemorationem agimus, et pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum nomina ante sanctum altare tuum scripta esse videntur, quaesumus Dñe, ut dignanter suscipias, et tua pietate concedas, ut consecuti tuo gratia dignitatem aeterna vita percipiant portionem. Diesq; nostros. ....

*Post Com.*

**L**ati Domine sumpsimus sacramenta caelestia, intercedente pro nobis beata et gloriosa semperq; virgine Dei genitrice Maria, ad vitam nobis proficiant sempiternam; Deus consolationis et Pacis respice ad pacem familiae tuae, et Da Domine virtutum, ut anima famulorum famularumque tuarum, qui ab adam usque in hodiernum de hac luce migraverunt, baptizati et confessi fuerunt, et in fide catholica perseveraverunt, vel de eorum rebus Ecclesiam Dei ditaverunt, et de eorum elemosinis sumus consolati, ut in finibus abraha Isaac et Jacob in illa sanctorum tuorum sede requiescant, moxque ex mortuis resuscitati placebant in regione vivorum prestante Dño Deo nostro Iesu christo. ....

*Orat. pro Infirmis.*

**U**niversae salutis Deum, et universae virtutis, fratres dilectissimi, deprecemur pro fratribus et sororibus nostris, qui secundum carnem diversis egritudinum generibus insalutantur, ut his Dominus caelestem medicinam sive munus indulgeat. Per.

*Alia.*

**D**omine, vivificare mortuos. Tibi facile est, restitue aegrotantibus pristina sanitatem, aeternae medicaminis remedia desiderant, quicumque medelam tuo misericordiae deprecantur, Salvator mundi. Per.

*Re-*



*Reconciliatio penitentis ad mortem.*

**D**eus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem misericordiarum tuarum peccata penitentia-  
deles, et preteritorum criminum culpas venia remissio-  
nis evacuas, respice super hunc famulum tuum, et re-  
missionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione  
proscutem deprecatus exaudi, renova in eo piissime Pater,  
quicquid terrena fragilitate corruptum est, vel quicquid  
diabolica fraude violatum est, in unitatem Corporis Ec-  
clesiae tuae membrum perfecta remissione restitue.  
Miserere Domine gemituum, miserere lacrimarum, et  
non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia,  
ad sacramentum reconciliationis admite. Per.

*alia.*

**M**ajestatem tuam Domine supplices deprecamur,  
ut huic famulo tuo longo squalore penitentiae macerato  
miserationis tuae veniam largire digneris, ut nuptiali  
veste recepta ad regalem mensam, unde eiectus fue-  
rat, mereatur intrare. Per.

**M**ajestatem tuam quaesumus Domine, Sancte Pater  
omnipotens aeternae Deus, qui non vis mortem, sed pecca-  
torum vitam semper inquisis, respice flentem famulum  
tuum, attende prostratum, ejusque planctum in gaudi-  
um tuae miseracione concede, scinde delictorum saccum,  
et indue eum leticia salutari, ut post longam peregrina-  
tionis famem de sanctis altaribus suis facietur,  
ingressus cubiculum regis in ipsius aula benedicat  
nomen gloriae tuae semper. Per.

*Ordo ad Comendationem anime.*

**P**roficiscere anima Christiana de hoc mundo in nomine  
Dei Patris omnipotentis, qui te creavit, in nomine  
Iesu Christi Filij Dei vivi, qui pro te passus est. In nomine  
spiritus sancti, qui in te <sup>in</sup>confusus est. In nomine angelorum  
et

et Archangelorum. In nomine Hieronymum et Dominatio-  
 num. In nomine Principatum et Potestatum, et om-  
 nium virtutum Calorum. In nomine Cherubin et Seraphin.  
 In nomine omnis humani generis, quod a Deo susceptum  
 est. In nomine Patriarcharum et Prophetarum. In nomine  
 Apostolorum ac Martyrum. In nomine Confessorum et Epis-  
 coporum. In nomine Sacerdotum et Levitarum, et omnium  
 Ecclesie Catholice graduum. In nomine Monachorum.  
 In nomine Virginum et fidelium viduarum. Hodie factus  
 est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Hierusalem caelasti.  
 Suscipe primum tuum in bonum. Libera animam servi tui et  
 ex omnibus periculis infernorum, et de laqueis peccatorum,  
 et ex omnibus tribulationibus multis. Libera Domine animam  
 servi tui et. sicut liberaisti Enoch et Eliam de comuni morte  
 mundi. Libera Domine animam servi tui et. sicut liberaisti Lot  
 de Sodomis et de flamma ignis. Libera Domine animam servi  
 tui et. sicut liberaisti Moysen de manu Pharaonis Regis  
 Aegyptiorum. Libera Domine animam servi tui et. sicut  
 liberaisti Isaac de hostia et de manu Patris sui Abrahæ.  
 Libera Domine animam servi tui et. sicut liberaisti Job de passio-  
 nibus multis. Libera animam servi tui et. sicut liberaisti  
 Daniel de Lacu Leonis. Libera Domine animam servi tui et.  
 sicut liberaisti tres pueros de camino ignis ardentis, et de  
 manibus regis iniqui. Libera animam servi tui et. sicut  
 liberaisti Jonam de ventre ceti. Libera animam servi tui et.  
 sicut liberaisti David de manu Saul Regis et de omnibus  
 vinculis ejus. Libera Domine animam servi tui et. sicut libe-  
 rasti Petrum et Paulum de carceribus. Libera animam  
 servi tui et. sicut liberaisti Theglam de tribus dormen-  
 tis: sic liberare digneris animam hominis istius, et tecum  
 habitare in bonis caelestibus Concede. Per.

*Orat. Super Defunctis, vel Comend. animæ.*

Deus, apud quem omnia morientia vivunt, cui non  
 pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius,  
 Te

Te supplices deprecamus, ut suscipi jubeas animam famulis  
tui etc. per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinu  
amici tui patriarchae Abrahæ resuscitandam in die No-  
vissimo magni judicij, et si quid de regione mortali tibi  
Contrarium contraxit fallente diabolo, tua pietate abluere  
indulgendo. Per.

**Coll.**

**T**u nobis Domine auxilium prestare digneris, Tu opem  
feras, Tu misericordiam largiaris, spiritum etiam fa-  
muli tui et cari nostri etc. vinculis corporis liberatum  
in pace sanctorum recipias, uti locum penalem et ge-  
hennæ in ignem flammamque Tartaris in regione viventium  
evadat. Per.

**Ad Lavandum Corpus.**

**S**uscipe Domine animam servi tui etc. revertentem  
ad te, vestem celestem indue eam, et lava eam sancto  
fonte vite æternæ, et inter gaudentes gaudeat, et inter  
sapientes sapiat, et inter martyres coronata confideat,  
Et inter Patriarchas et Prophetas proficiat, et inter  
apostolos Christum sequi studeat, et inter Angelos et  
Archangelos claritatem Dei semper videat, et inter Para-  
disi rutulos lapides gaudium possideat, et noticiam  
ministeriorum Dei agnoscat, et inter Cherubim et Seraphim  
claritatem Dei inveniat, et inter viginti quatuor seniores  
Cantica Canticorum audiat, et inter lavantes stolas in  
fonte luminis vestem lavet, et inter pulsantes depulsans  
portas apertas Cælestis Hierusalem reperiat, et inter  
videntes Deum facie ad faciem videat, et inter canentes  
Canticum novum cantet, et inter audientes auditum Cæ-  
lestis soni audiat. Suscipe Domine servum tuum in  
æternum in bonum habitaculum, et da ei requiem, et  
regnum, id est Hierusalem cælestem, ut eum in sinibus  
Patriarcharum id est Abrahæ et Isaac et Jacob conlocare  
digneris,

digneris, et habeat partem in prima resurrectione, et inter resurgentes resurgat, et inter suscipientes corpora in die resurrectionis corpus suum suscipiat, et cum benedictis ad dexteram Dei Patris venientibus veniat, et inter possidentes vitam aeternam possideat.

**A**ntiqui memor eris Chyrographi; fratres karissimi, qui primi hominis peccato et corruptioni addicta est humana conditio, sub cuius lege sibi unusquisque formidat, quod alijs accidisse videat, omnipotentis Dei misericordiam deprecemur pro spiritu Cari nostri etc. cuius hodie depositio celebratur, ut eum in aeternam requiem suscipiat, et beata resurrectione presentet. Per.

*Item Orat.*

**D**eus, qui iustis supplicationibus semper presto es, qui pia vota digneris intueri; Da famulo tuo etc. cuius diem depositionis hodie officia pia prestamus, cum sanctis et electis tuis beati muneris portionem. Per.

*Et incipit psalm. canere et Lavare corpus, et ponitur in feretro, et antequam de domo egrediatur, dicit antiphonam.*

**A**d aeterna formasti me. *Gal.* Dominus regit me.

**D**eus, qui iustis supplicationibus semper presto es, qui pia vota digneris intueri; Da famulo tuo etc. cuius depositionis officia prestamus, cum sanctis et electis beati muneris portionem.

*postea portatur in Ecclesiam, canentibus interim Ant. cum psalm.*

**Añ.** Tu iussisti nasci me Dñe. *Gal.* Quemadmodum.

**A**udi vocem de celo. *Gal.* Dilexi quoniam exauit.

**V.** In memoria aeterna. **Al.** Redemit Dominus.

**Al.** Ne fradas Dñe. **Al.** Exaudi nos Deus.

**Al.** Exaudi orationem ad Te. **Al.** **Añ.** Non derelinquas me Deus. **Al.**

*Al.* Delicta juventutis mee. *Et can.* Misere mei Deus.

Omnipotentis Dei misericordiam deprecamur, cuius iudicio et nascimur et finimus, ut spiritum fratris nostri ill. quem Domini pietas de incolatu mundi huius transire precepit, requies aeterna suscipiat, et eum in beata resurrectione representet, et in finibus abraha et Isaac et Jacob collocare dignetur. Per Dñm. *Hem Orat.*

Deum iudicem universitatis, Deum Caelestium et Terrestrium et infernorum Dominum deprecamur pro spiritu Cari nostri. ut uti eum in requiem collocare dignetur, et in partem prima resurrectionis resuscitet. Per.

*Postea deputandi sunt, qui ibidem sine intermissione, usq; dum ipsum corpus sepel. psallant psalmos, vel respons. permixta, et ipsum corpus semper in Ecclesia debet usq; pro anima Missa celebrari, cum vero ipsa expleta fuerit, antequam . . .*

Deus universorum creator et Conditor, qui cum sis tuorum beatitudo sanctorum, Praesta nobis petentibus, ut spiritum fratris nostri ill. a corporis nexibus absolutum in prima resurrectione facias representare. Per Dñm.

*Levatur ipsum corpus procedentes ante cum cereis, vel furobulum cum incensis, Cantibus, Antiphonis cum psalm.* *An.* In Paradisum deducant te. *Psalm.* Ad te Domine levavi.

*An.* Ingrediar in locum tabernaculi.

*Psalm.* Quemadmodum desiderat.

*Et ponunt in sarcophago, et antequam cooperiant, Orant omnes pariter pro ipsa anima et cantant: Misere mei Deus.*

*Et sacerdos dicit prefacionem Sepulturae:*

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecamur,

deprececur, ut hoc corpus a nobis in infirmitate sepultum  
in virtute et ordine sanctorum resuscitet, et eius spiritum  
sanctis et fidelibus jubeat adgregare, cuique in iudicio mise-  
ricordiam tribuat, quemque morte redemptum debitis so-  
lutum Patri reconciliatum boni Pastoris humeris reporta-  
tum spiritum sanctum protectum in Comitatu et aeterni regis  
perenni gaudio perfrui concedatur. Per. Amm.

*Postea cooperitur canentibus interim antiph.*

Aperite mihi portas. Psalm. Confitemini d.

*Comendatio anime.*

**T**ibi Domine comendamus animam famuli tui. et  
defunctus a seculo tibi vivat, et si qua per fragilitatem  
carnis errorum peccata in mundi conversatione commisit,  
in venia verissima pietatis absterge. Per.

*Missa pro defuncto sacerdote.*

**D**eus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum. et.  
Pontificali fecisti dignitate vigere, presta quaesumus, ut  
eorum quoque et perpetuo adgregetur consortio. Per.

*Coll.*

**P**reces nostras quaesumus Domine, quas in famuli tui. et.  
depositione deferimus, propiciatus exaudi, ut qui nomine  
tuo mysterio fidei dependit, perpetua sanctorum societate  
lectetur. Per.

**S**uscipe quaesumus Domine pro anima famuli tui. et.  
sacerdotis tui. et. quas offerimus hostias, ut cui Pontificale  
donasti meritum, dones et premium. Per.

**U**amvis enim humano generi mortis inlata  
conditio pectora nostra contrisset, tamen clementia tuae  
dona spem futurae immortalitatis erigimus, ac memores  
salutis aeternae non timemus lucis huius sustinere  
jacturam,

jacturam, quoniam beneficio gratia sua fidelibus vita non sol-  
litur, sed mutantur, atque anima corporeo ergastulo liberata  
horrent. mortalia dum inter mortalia consequuntur; unde quo-  
sumus, ut famulus tuus. it. Creatorum Tabernaculis spiritu  
suo constitutus evasipse carnales gloriatur angustias, diemque  
judicij cum fiducia voto gratulationis expectet. Per Christum.

*Intra actionem.*

**H**anc igitur oblationem, Domine, quam tibi pro deposi-  
tione famuli tui et sacerdotis tui. it. deferimus, quaesumus  
Domine intende, pro quo Majestati tuae supplices fundimus  
preces, ut eum in numero tuo placentium censeris facias sacer-  
dotum. Per.

*Post Com.*

**P**ropiciare Domine supplicationibus, et animam famuli tui. it.  
Episcopi in vivorum regione aeternis gaudijs jube associare.  
Per.

*Item alia missa pro sacerdote Episcopo.*

**P**raesta quaesumus Domine, ut anima famuli tui vel Episcopi,  
quam in hoc seculo comorantem sacris muneribus decorasti,  
caelesti sede gloriosa semper exultet. Per.

**D**eus, cujus misericordia tua non est numerus, suscipe pro  
anima famuli tui. it. Episcopi preces nostras, et lucas ei  
leticia, cui in regione sanctorum tuorum societatem concedis.  
Per.

*Secreta.*

**S**uscipe Domine quaesumus hostias pro anima famuli tui. it.  
Episcopi, ut tui Pontificale donasti premium, dones et me-  
ritum. Per.

*Intra act.*

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, quam tibi offerimus  
pro famulo tuo. it. Episcopo, quaesumus Domine placatus accipias,  
et cum Praesulibus apostolica dignitatis, quorum est secutus  
officium, habere tribuas sempiternae beatitudinis portionem.  
Diesque nostros. . . .

*Per.*

*Post Com.*

Præsta quaesumus omnipotens Deus, ut anima famuli tui it. Episcopi, Congregationis iustorum ac æternæ beatitudinis iudeas esse consortem. Per.

*Item alia Missa pro sacerdote sive Abbate.*

Deus, qui famulum tuum it. sacerdotem atq; abbatem et sanctificasti vocatione misericordia, et adsumpsisti consumatione felici, suscipe propicius preces nostras, et præsta, ut sicut it. tecum est meritum, ita a nobis non recedat exemplis. Per.

*Secreta.*

Concede quaesumus omnipotens Deus, ut anima famuli tui it. abbatis atq; sacerdotis per hæc sancta mysteria in tuo conspectu semper clara consistat, quæ tibi fideliter ministravit. Per.

*Infra act.*

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi pro anima famuli tui it. abbatis atq; sacerdotis offerimus, quaesumus Domine, placatus intende, pro quo Majestati tuæ supplices fundimus preces, ut eam in numero sanctorum tuorum tibi placentium facias dignanter adscribi. Tuam oblat. ....

*Post Com.*

Profit quaesumus Domine anima famuli tui it. sacerdotis misericordia tuæ implorata clementia tua, ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum accipiat, Te miserante, Consortium. Per.

*Orat. ad omnes**In Nat. Sanctorum sive Agenda Mortuorum.*

Beati Martiris tui it. quaesumus intercessione nos protege, et animam famuli it. sacerdotis sanctorum tuorum iunge Consortijs. Per.

diuina nos Dne Deus noster beati it. precibus exoratus, et animam famuli tui it. sacerdotis in beatitudinem sempiternam lucis constitue. Per.

*Se-*



*Secreta.*

**S**uscipe quaesumus Dñe hostias placationis et laudis, quas Tibi in honore sancti Martyris tui. et. Nomine tuo consecradas deferimus et pro requie famuli tui. et. sacerdotis Tibi suppliciter immolamus. Per.

*Infra act.*

**H**anc igitur oblationem, quam Tibi in honore sancti Martyris tui. et. vel pro requie famuli tui. et. sacerdotis offerimus, quaesumus Dñe placatus, pro quo Majestati tuae supplices fundimus preces, ut eum in numero sanctorum Tibi placentium facias dignanter adscribi. Tuam oblat.

*Post Com.*

**A**scendant ad Te Domine preces nostrae, et anima famuli tui. et. gaudia aeterna suscipiat, ut quem fecisti adoptionis participem, jubeas hereditatis tuae esse consortem. Per.

*Missa pro Defuncto nuper Baptizato.*

**D**eus, qui ad caeleste regnum non nisi renatis per aquam et spiritum sanctum mandis introitum, multiplica super animam famuli tui. et. misericordiam tuam, et cui donasti caelestem et incontaminatum transitum post Baptismi sacramentum, Da ei aeternorum plenitudinem gaudiorum. Per.

*Secreta.*

**P**ropiciare Dñe supplicationibus nostris pro anima famuli tui. et. pro qua Tibi offerimus sacrificium laudis, ut eam sanctorum tuorum Coelibus consociare digneris.

*Infra act.*

**H**anc igitur oblationem, quam Tibi offerimus Domine pro anima famuli tui. et. benignus adsume, eumque regenerationis fonte purgatum, et periculis vite hujus exutum beatorum numero digneris inferere spiritum; Tuam oblat. ....

*Post Com.*

**P**ropiciare Dñe anima famuli tui. et. ut quem in finem istius vite regenerationis fonte mundasti, ad caelestis regni beatitudinem facias pervenire. Per.

*Missa*

*Missa, quam sacerdos pro semetipso debet canere.*  
**S**uppliciter Te Pater omnipotens aeternae Deus, qui es  
 Creator omnium rerum, deprecor, ut dum me famulum  
 tuum coram omnipotentia Majestatis tuae scis graviter  
 deliquisse, per intercessionem Beatorum Martyrum, et  
 Confessorum tuorum Confiteor, manum misericordiae tuae  
 mihi porrigas, quatenus ut hac oblatione, quam tuae  
 pietati offero, quod nequiter commisi, clementissime  
 digneris absolvere. Per D.

*Secreta.*

**H**ae Tibi Sancte Pater licet meis manibus offeram  
 indignis, qui nec invocatione nominis tui dignus sum,  
 tamen quia per sanctum atque sanctificatum filij tui  
 nomen oblationes offeruntur sicut incensum in con-  
 spectu tuo cum odore suavitatis ascendant. Per.

*Confestatio.*

**U**ni pro amore hominum factus in similitudi-  
 nem carnis peccati formam servi Dominus adsumpsit,  
 et in specie carnis vulnerate medicus ambulavit.  
 hic nobis Dominus et minister salutis advocatus et  
 iudex, Sacerdos et sacrificium, per hunc Te Domine  
 Sancte Pater, suppliciter exoro, ut dum reatum  
 conscientiae meae recognosco, quod in praeceptis tuis  
 praevaricator extiti, et per delictorum meorum faci-  
 nus corruui in ruinam, Tu me Domine erige, quem lapsus  
 peccati prostravit, in lumina cecum, quem tenebrae pec-  
 catorum caligine obscuraverunt, solve compeditum,  
 quem vincula peccatorum constringunt; Praesta per  
 sanctum et gloriosum adorandum et tremendum  
 filium tuum Dominum nostrum Iesum christum, per  
 quem Majestatem.

**H**anc igitur oblationem, quam Tibi offero Domine pro  
 peccatis meis nimis atque offensis, Majestatem tuam  
 totis viribus Deus piissime humili prece depreco, dig-  
 nanter suscipias orans, ut remittas crimina, quae caro  
 gra-

Fragilitate atq; temptatione iniquorum spirituum ne-  
quiter comisit, etiam reverti ad ea non finas ultra, sed  
confirma me in justificationibus tuis, et perseverantiam  
michi tribue in illis, et fac me dignum ante conspectum  
tuum adstare, sacrificium tibi Domine casto corpore  
et mundo corde digne offerre quasumus Dñe placatus  
accipias.

*Post Com.*

**D**eus vivorum et salvator omnium, qui non vis mor-  
tem peccatoris, nec letaris in perditione morientium.  
Te suppliciter deprecor intercedentibus sanctis tuis,  
ut concedas mihi veniam delictorum meorum, admissa  
defleam, et postmodum ultra non admittam, ut cum  
michi extrema dies finisq; vite mea advenerit,  
mundatis delictis omnibus me Angelus sanctitatis tue  
suscipiat. Per.

Pro. I. Sol. C. psalmus, aut III. mis. pro I. unctia  
CL. psalmus aut III. mis. pro VI. unctias VI. psalterios et  
mis. III. pro I. libra XII. psalter. et XII. mis.

*Item alia Missa pro semetipso.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, cujus pietatis et  
misericordiae non est numerus, qui simul cuncta creasti,  
qui Verbum tuum pro redemptione humani generis in-  
carnare voluisti, qui occulta Cordium omnium hominum  
salus agnoscis, miserere animae meae, miserere delicta  
juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris  
Deus, sed erue eam de manu inimicorum et de profundo  
loci et de luto fecis, ne derelinquas me Domine Deus meus,  
ne discedas a me, et ne tradas me in manus quere-  
ntium animam meam, sed libera eam de manibus an-  
gustiae pijsissime Pater. Per.

*Super oblata.*

**E**xaudi me miserum. Omnipotens aeternus Deus, qui  
dixisti: Caro mea vere est cibus, et sanguis vere est potus,  
sanctifica hoc sacrificium et oblationem, qui corpus  
ut

ut adsumentes eum e terrenis desiderijs et carnali cupiditate civiagq; immunditia, temptatione quoq; inimicorum spirituum liberare digneris, et sancto spiritu repleti concedas. Per.

**D.** Vere dignum et justum est, Te suppliciter omnipotens Deus tuæ gloriæ pietatis supplicii devotione deprecor, ut omnium malorum meorum vulnera absolvas, cunctisq; meis criminibus clementer ignoscas, ut qui me indignum peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum perficias et sacrificium de manibus meis dignanter suscipias, et de preceptis tuis in nullo me aberrare permittas.

*Intra Actionem.*

**H**anc igitur oblationem quam Tibi offero omnipotens et misericors Deus ego inutilis servus tuus, pro fragilitate corporis dele, quoso, crimina et scelera mea, piissime Pater et revertenti ad ea non finat me clementia tua, ut quando, qui me egredi iusseris de corpore, non habeat quid inimicus in me de suis malis reperire, nec flammæ quæ in me exurant, sed, quia tu piissimus Pater, veniam tribue.

*Post Com.*

**M**isericordiam tuam Domine suppliciter deprecor omnipotens æterne Deus, ut me famulum tuum, quem divino sacramento Corporis et sanguinis Iesu Christi filij tui Domini Dei mei sacraasti, ab omnibus inimicorum incurribus liberare, et a carnis immunditia atque lascivia animam meam purgare digneris Pastor bone Iesu Domine, quia animam tuam pro suis ovis posuisti. Per.

*Oratio pro defunctis desiderantibus penitentiam et minime Confessantem. Si quis penitentiam petens, dum sacerdos venit, fuerit officio lingue privatus,*

privatus, consumptus sit: et si idonea testimonia  
hoc dicere, et ipse per motus aliquos satisfacit,  
Sacerdos impleat omnia circa penitentem  
ut mos est. Item ad Missam.

**O**mnipotens et misericors Deus, in cuius humana  
conditio potestate consistit, animam famuli tui. et.  
quæsumus ab omnibus absolue peccatis, ut penitentia  
fructum, quem voluntas ejus optavit, preveniens  
mortalitate, non perdat.

*Secreta.*

**S**atisfaciat tibi Dñe quæsumus pro anima famuli tui. et.  
sacrificij presentis oblatio, et peccatorum veniam, quam  
quæsumus, inveniat, ut quod officio lingue implere non  
potuit, desiderata penitentia compensatione percipiat.

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem, quam tibi offert famula  
tua. et. pro anima famuli tui. et. cuius depositionis  
diem celebramus, quæsumus Dñe, ut placatus acci-  
pias, et ineffabili pietate concedas, ut quod exsequi  
preventus conditione mortali, ministerio lingue  
non potuit, mereatur indulgentiam sempiternam,  
quæ in ejus mente non defuit penitenti, Diesq...

*Post Com.*

**D**eus, a quo speratur humanum corpus omne  
quod bonum est, tibi quæsumus, ut sicut anima  
famuli tui. et. penitentiam velle donasti: sic indul-  
gentiam tibi miseratus optatam. Per.

*Missæ unius Defuncti Laici.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, cui numquam  
sine spe misericordie supplicatur, propitiare  
anima famuli tui. et. ut qui de hac vita in tui  
nominis confessione discessit, sanctorum tuorum  
numero facias adgregari. Per.

*Secreta.*

*Secreta.*

**P**ropiciare, quaesumus Dñe, animæ famuli tui. et. pro qua Tibi hostias placationis offerimus, ut qui in hac vita luce fide mansit catholica, et in futura vita ei retribu- tio condonetur. Per.

**U**. In cuius adventu cum geminam iusserit sistere plebem, iubeas famulum tuam et. a numero discernere malo- rum, quem tribuas panæ æternæ evadere flamas, et iusta potius adipisci premia vite, induiq; iubeas devicta morte vigorem, semper inextinctâ habere luminis aurâ, dignare perpetuam preclaro in corpore vitam, ubi nox nulla suas defendet atras tenebras securus de salute placitus letetur in horis semper victurus, sempersq; in luce futurus. Per christum.

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem quam tibi pro requie animæ famuli tui. et. offerimus, quaesumus Dñe, placatus accipi- as, et tua pietate concedas, ut mortalitatis nexibus ab- soluta inter fideles tuos habere constitutam portionem, Diesque nostros. . . .

*Post. Cãm.*

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, ut animâ famuli tui. et. ab angelis lucis susceptam in preparatis habitaculis deducere facias beatorum. Per.

*Item alia Missa in agenda plurimorum.*

**P**ropiciare, quaesumus Domine, animabus famulorum fa- mularumq; tuarum misericordiam sempiternam, ut mor- tis nexibus expeditas tua eas æterna possideant. Per.

**D**eus, cui soli competit medicinam praestare post mortem, tribue quaesumus, ut animæ famulorum famularumq; tuarum ab omnibus vite exuta peccatis in Electorum tuorum societatibus adgregentur. Per. *Se.*

*Secreta.*

**H**ostias tibi Domine humili supplicatione deferimus, et animas famulorum famularumque tuarum per hoc placationis officia tuam misericordiam consequantur. Per omnia . . . .

*Confessio.*

**U**t qui es redemptor animarum tuarum, quamvis mortis humani generis inlata conditio pectora humana mentesque contristet, tamen clementiae tuo dono spe futurae immortalitatis erigimur, et memores aeternae, non timeamus lucis huius subire dispendium, quoniam misericordiae tuae munere fidelibus vita mutatur, non tollitur, et timoris observatione defunctis domicilium perpetuae felicitatis adquisitur. Tibi igitur clementissime Pater preces supplices fundimus, et Majestatem tuam devotis mentibus exoramus, ut animas famulorum famularumque tuarum, quorum diem Commemorationis celebramus, mortis vinculis absolute transiitum mercantur ad vitam, et in omnium placitarum benedictione numerentur ad vitam, Per Christum Dñm.

*Infra Act.*

**H**anc igitur Oblationem, quam tibi pro requie, et animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, quaesumus Dñe, propicius intueri, et concede, ut mortuis proficit ad veniam, quod cunctis viventibus preparare dignatus es ad medelam. Diesque nostros . . . .

*Post Com.*

**I**nveniant quaesumus Dñe, animas famulorum famularumque tuarum, omnium in Christo quiescentium, lucis aeterno consortium, qui in hac luce positum conspexerunt sacramentum. Per.

*Item alia missa in Cemiterijs.*

**D**eus, cujus miseratione animae fidelium requiescent, famulis tuis. it. et. it. vel omnibus hic in Christo quiescentibus, Sa propicius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti sine fine letentur. Per.

Se-

*Secreta.*

**P**ro animabus famulorum tuorum, illorum et illarum, et sic omnium Catholicorum dormientium, hostiam Dñe suscipe benignus oblatam, ut hoc sacrificium singulare vinculis horrenda mortis exuta vitam mereantur aeternam. Per.

*Infra act.*

**H**anc igitur oblationem, quam tibi offerimus Domine pro tuorum requie famulorum et famularum it. et it. omnium fidelium Catholicorum orthodoxorum in hac Basilica in Christo quiescentium, et qui in circuitu hujus Ecclesie tuae requiescunt, quaesumus Dñe, placatus accipias, ut per hoc salutis humano subsidia in tuorum numero redemptorum forte perpetua censeantur; Diesq; nostros...

*Post Communionem.*

**D**eus fidelium Lumen animarum adesto supplicationibus nostris, et da omnibus fidelibus in Christo, quorum corpora hic requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem. Per.

*Item alia missa in Die Depositionis Defuncti, vel III. VII. et XXX.<sup>mo</sup>*

**A**desto Domine quaesumus pro anima famuli tui it. vel III. VII. et XXX.<sup>mi</sup> cujus in die depositionis tuae officium Commemorationis impendimus, ut si qua ei secularis macula inhaesit, aut vitium mundi alefecit, dono tuae pietatis indulgeas et exergas. Per.

**Q**uaesumus Domine, ut famulo tuo it. cujus VII.<sup>mo</sup> m<sup>em</sup> obitus sui diem commemoramus, sanctorum atq; Electorum largire consortium, et rorem misericordiae tuae perennem infunde. Per.

*Pro Anniversario.*

**D**eus indulgentiarum Dñe da famulo tuo it. cujus Anniversarium Depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem largiaris oramus. Per.

*Secreta.*



*Secreta.*

**A**desto Dñe supplicationibus nostris, et hanc oblationem quam tibi offerimus ob diem Depositionis III. vel VII. mi XXX. mi pro anima famuli tui. it. placatus ac benignus adsume. Per.

**U**. Per Christum Dñm nostrum, per quem Salus mundi, per quem vita omnium, per quem resurrectio mortuorum, Per ipsum de Dñe suppliciter deprecamur, ut animam famuli tui it. cuius diem. it. Celebramus, indulgentiam largiri digneris perpetuam, atque contagijs mortalitatis exutam in aeternam salvationis partem Constituas; Per quem . . .

*Intra act.*

**H**anc igitur oblationem Dñe, quam tibi offerimus pro anima famuli tui it. cuius depositionis diem III. ium VII. mum, vel XXX. mum Celebramus, qui deposito corpore animam Creatori reddidit, quam dedisti, pro qua petimus, divinam clementiam, ut mortis vinculis absoluta Transiitum mereatur, Diesq; nostros . . .

*Post Com.*

**O**mnipotens sempiternus Deus Conlocare dignare corpus et animam et spiritum famuli tui. it. Cuius III. VII. mum et XXX. mum sive depositionem Celebramus, in finem Abrahæ, Isaac et Jacob, et cum dies agnitionis venerit, inter sanctos et Electos tuos eum resuscitare precipias. Per.

*Orat. pro defunctis. ad Missam.*

**P**resta Dñe quaesumus, ut anima famuli tui. it. huius mortalitatis nexibus absoluta indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per.

*Secreta.*

**P**ropiciare Dñe supplicationibus nostris pro anima et spiritu famuli tui it. Cuius hodie annua dies agitur, pro qua tibi offerimus sacrificium laudis, ut eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per.

*Intra*

*Infra actionem.*

**H**anc igitur oblationem Dñe, quam Tibi offerimus pro anima famuli tui. it. cuius hodie annua dies agitur, qua sumus Dñe, placatus intende, eamq; mortalitatis nexibus absolutam inter duos fideles ministros habere perpetuam iubeas portionem. Tuam oblat.

*Post Com.*

**S**uscipe Dñe preces nostras pro anima famuli tui. it. ut si qua in eum macula de ferrenis contagijs adhe- runt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per.

*In profatio manuum Energumēn. Caticuminum.*

**O**mnipotens æterne Deus, cuius facie cali diffil- lant, montes sicut cera liquefcunt, terra tremuit, cui patent abyssi, quem infernus pavescit, quem omnes irarum motus aspiciens humiliatur, Te supplex depre- cor Dominator Domine, ut invocatione Domini tui ab huius famuli tui. it. vexatione inimicus Confusus abscedat, et ab huius possessione anima liberata ad auctorem suæ salutis recurrat, liberatoremque suum diabolico fœtore depulso, et odore suavissimo spiritus sancti percepto sequamur. Per.

*Item alia pro Energumeno.*

**D**omine Sancte Pater omnipotens sempiternus Deus, virtutem tuam totis exoro gemitibus pro huius a diabolo oppressa infantia, qui etiam indignis inter pressuras donasti presidium, exurge pro infantia debellata, et noli diu retinere vindictam, nec ante conspectum tuum veniant Parentum delicta, qui nec pro filio Patrem nec patri promissisti filium iudicare, auxiliare quo- sumus, inimici furere vexatum, ne sine Baptismate facias ejus animum a diabulo possidere, sed potius te- nera ætas maligni oppressionibus libera tibi referat gratias sempiternas, Per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare ... *Item*

*Item alia Energumen. Baptizatum Super hominem  
qui a demonio vexatur.*

**D**eus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum,  
Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus  
Pater Domini nostri Iesu Christi invoco sanctum Nomen tuum  
preclara Majestatis tuae, ut mihi auxilium prestare dig-  
neris adversus hunc nequissimum spiritum, ut, ubicumque  
latet, audito nomine tuo velociter exeat, et recedat,  
Ipse tibi imperat, qui te de supernis caelorum in infe-  
riora Terrae demergere precepit. Audi ergo et time  
sat Ipse tibi imperat, qui te retrosum redire precepit.  
Audi ergo et time satanas victus et prostratus abscede.  
In nomine Domini nostri Iesu Christi Tu ergo nequissime  
satanas, inimicus fidei generis humani, mortis raptor,  
justiciae declinator, malorum radix, fomes vitiorum,  
Seductor hominum, perditor gentium, incitator invidiae,  
origo avariciae, causa discordiae, excitator dolorum,  
demonum majester, quid stas et resistis, cum scis  
eum tuas perdere vires, Idum metue, qui in Isaac im-  
molatus est, in Joseph venundatus, in agno occisus,  
in homine crucifixus, deinde triumphator, recede in  
nomine Patris et Filij et spiritus sancti, qui cum Patre  
et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula se-  
culorum, Amen.

**D**eus Conditor et defensor generis humani, qui hominem  
ad imaginem et similitudinem tuam manibus tuis, et proprio  
tuae Divinitatis ore formasti, respice super famulum tuum  
hunc, qui dolo serpentis adpetitur, quem vetus adver-  
sarius et hostia reformidinis horrore circumvolat, et  
sensum mentis humana stupore defugit, terrore contur-  
bat, et metum trepidi timoris exagitat, Repelle Dñe  
virtutem diaboli, fallaces insidias procul impius Temp-  
tator aufugiat, sit hominis tui signo famulus tuus et  
animo totus et corpore, Tu pectoris hujus interna custodias,  
Tu

Tu viscera regas, Tu corda conformes, in anima adversaria potestatis temptamenta vanescant. Da ad hanc invocationem Nominis tui gratiam, et qui hunc usque terrebatur, territus habeat et victus abcedat, tibi ipsi proposit hic servulus tuus corde confirmato et mente sincera debitum prebere famulatum. Per.

**D**omine Sancte Pater omnipotens eterne Deus Osanna in excelsis. Pater Domini nostri Iesu Christi, qui illum refugam tyrannum gehennae deputasti, qui unigenitum tuum in hunc mundum misisti, ut illum rugientem leonem contereret velociter adtonde, accelera ut eripias hominem tuis formatum manibus a ruina et demonio meridiano. Da Domine terrorem tuum super bestiam, que exterminavit vineam tuam, Da fiduciam servis tuis contra nequissimum Draconem fortiter stare nec contempnat sperantes in te, et dicat, sicut in faraonem jam dixit, Deum non novi, nec Irael dimitto, urgeat illum Dñe Dextera tua potens discedere a famulis tuis, ne diutius presumat Captivum tenere hominem, quem ad imaginem tuam facere dignatus es. adjuro te ergo Serpens antique per judicem vivorum et mortuorum, per factorem mundi, qui habet potestatem mittere te in gehennam, ut ab hoc famulo Dei, qui ex his supplicium tuum creavit, quoniam non hominem contempnis, sed illum, qui Dominator vivorum et mortuorum est, qui venturus est judicare seculum per ignem.

*In Dei nomine incipit Breviarium Apostolorum ex nomine vel Locis, ubi predicaverunt, orti vel obiti sunt.*

**S**ymon, qui interpretatur obediens Petrus agnoscens, filius Johannis frater andrea dicitur, ortus vico Bethsaida, provincia galilee, qui propter symonem magum licet Dei occulto nutu romam pervenit, ibique predicans  
Evangelium

Evangelium XX. et V. annorum ejusdem urbis tenuit Pontificatum, Sexto autem et Tricesimo anno post Passionem Domini sub Nerone cesare ut voluit cruce suspensus est, Cujus Natalitium **III. KL. Jul. Celebratur.**

**P**aulus, qui interpretatur pius, ortus ex Tribu Benjamin, Apostulus Gentium, hic secundo post ascensionem Domini anno Baptizatus, et sub Nerone Romae eodem die quo et Petrus, Capite truncatus, ibiq; sepultus est.

**A**ndreas qui interpretatur virilis vel decorus, frater Petri, hic predicavit per scythiam et achaiam, ibiq; in civitate Patras cruce suspensus occubuit, **prid. KL. Decemb.**

**J**acobus, qui interpretatur supplicator, filius Zebedei, frater Johannis, hic Spania et occidentalia loca predicator, et sub herode gladio cesus occubuit, sepultusq; est in achaia marmarica. **VIII. KL. Aug.**

**J**ohannes qui interpretatur gratia Dei, apostolus, et Evangelista, filius Zebedei, frater Jacobi, dilectus Domini predicator asiae et in effeso.

**VI. KL. Jan. Mat. ejus. alij dormitionem. VIII. K. Jul. dicuntur, quando Activitas Sancti Johannis Baptiste Celebratur.**

**T**homas, qui interpretatur abyssus, didimus, hoc est Christi similis, hic Partis et Medis predicatur, et destinans orientalem plagam, ibi Evangelium predicavit, lancea enim ibi transfixus occubuit in calaminice in India civitate ibi sepultus est in honore.

**XII. KL. Jan.**

**P**hilippus qui interpretatur os lampadas, a bethsaida civitate ortus, unde et Petrus gallis predicavit christum, deinde in hierapuli frigiae provincia crucifixus, et lapidatus

lapidatus obiit, ibique cum filiabus suis quiescit, cuius  
Natalicia *Kl. Mai. Celebratur.*

**J**acobus frater Domini Hierosolimorum primus Epif-  
copus, hic dum Hierusalem Christum Dei filium predi-  
caret, de templo a iudeis precipitatus, lapidibusque  
obprimitur, ibique iuxta templum humatus, Eius Nata-  
licium *K. Mai. Ordinatio VI. Kl. Jan.*

**B**artholomeus apostolus nomen ex ira lingua sus-  
cepit, et interpretatur filius suspendentes aquas Li-  
coniam pre, ad ultimum in albono majoris armenia  
urbe vivens a barbaris decoriatur, atque per iussu regis  
astriagis decollatus, sicque terrae Conditus *VIII. Kl. Sept.*

**M**attheus apostolus et evangelista, qui interpretatur  
Donatus, hic etiam e tribu sua Levi sumpsit cognomen,  
ex publicano christo electus, primum quod est in India  
evangelizavit, postmodum in Macedonia, et passus in  
persida requiescit in montibus portorum. *XI. Kl. octobris.*

**S**ymon Zelotes, qui interpretatur Zelus, hic primus  
doctus est Cananeus, zelo Dei fervens, par in cogno-  
mento Petri et similis in honore. hic accepit Egypti prin-  
cipatum, et post Jacobum iustum Cathedram dicitur  
senuisse Hierosolimorum, et post annos XX. meruit  
sub Adriano per Crucem sustinere Martyrium passionis,  
jacet in portico foro, Eius Natalicium Celebratur *V. Kl. Nov.*

**J**udas, qui interpretatur Confessor, frater Jacobi, in Me-  
sopotamia atque in interioribus ponti predicavit, se-  
pultus est in Nerito Armenia urbe, cuius festivitas  
Celebratur *V. Kl. Novemb.*

**M**athias de septuaginta discipulis unus, et pro Judas  
Scarioth duodecim inter apostolos subrogatus sorte, et  
solus sine cognomento, cui datur Evangelij predicatio in iudea.  
*In-*